q̄re ꝛ plage innūerabiles. Et hoc ē qđ dꝛ in Esai. A planta pedis vſqꝫ ad verticem nō eſt in eo ſanitas. Tunc etiā impletū eſt qđ ibidem dꝛ Non ē ei ſpecies, neqꝫ decꝰ. et vidimus eū ꝛ nō erat aſpectus ꝛ q̄ſi abſcondicꝰ vultus eius ꝛ deſpectus. ꝛ reputauimꝰ eū quaſi leproſuꝫ ꝑcuſſum a deo ꝛ hūiliatū. Augꝰ De vultu illius pulcritudo effluxerat omīs. ꝛ qui erat pꝛe filijs hoīm ſpecioſus. videbaẗ oīm oc̄lis indecorus. qꝛ iniquoꝝ liuoꝛ ſacrū illius vultū fedauerat verberibꝫ. Hec dn̄s in om̄i caritate ꝛ patientia ſuſtinuit nec verbū aliqđ nec ſignū impatiētie aduerſus maledictos canes illos oſtendit. O chꝛiſtiane conſidera dominum tuum hic diligenter per longam moꝛam et ſpacioſe. ꝛ ſi hic ei nō compateris: coꝛ lapideum reputa te habere. Et tūc exclama. O bone domine ieſu chꝛiſte: quomodo tu denudaris qui nudos veſtẛ.

Quō tu ligaris qui cōpeditos soluis
ꝛ ligatos a demonibꝫ ꝛ ab infirmitati
bus detentos liberas? Quō tu flagel
laris q̄ nos a flagellis eruis. Quis fu
it ille tam audax q̄ te vestibꝫ spoliauit
Quis tā temerarius q̄ te ad colūnam
ligauit? Quis tam sacrilegus q̄ te fla
gellauit? Sꝫ tu sol iusticie tuos radi
os subtraxisti. ꝛ ideo sunt tenebre ꝛ te
nebrarū potestates Q̄ēs sunt te fortio
res et potētiores. Nob̄ debebant fla
gella eterne afflictōis: tu flagellari vo
luisti ꝑ nob̄ vt nos misericorditer eru
eres ab illis Soluto āt dn̄o a colūna
ducūt eū sic nudū sic flagellatū ꝑ pan/
nis suis colligēdis. q̄ parsim ꝑ domū
ab expoliatoribꝫ proiecti fuerāt Intu
ere eū bn̄ hic sic afflictū sic trementem
ꝓpter frigus qꝛ hyems erat. Attēde di
ligent ꝛ ꝯsidera statū eius in singulis
actibꝫ: vt intime ꝯpatiaris ac simꝉ pa
scaris. Nonne videb̄ iuuenē elegantē

nobilissimũ. innocentissimũ. ꝛ aman/
tissimũ. totũ aũt flagellatũ ꝛ sanguine
liuoribusqꝫ resꝑsum pannos suos vn
diqꝫ sparsim proiectos de terra recolli
gere. ꝛ cũ quadã verecũdia ꝛ rubore se
nudũ corã illis (semꝑ ipm deridẽtibꝰ)
reuestire: ac si fuerit oĩm infimꝰ. a deo
derelictꝰ ꝛ omi auxilio ↄ̄stitutꝰ. Hic no
ta licet dñs non fuerit natꝰ ex illa infe/
cta ade radice ex q̃ erubescibilꝰ facta est
nr̃a nuditas: dicente adaz: timui eo ꝙ
nudus eẽz: tñ qꝛ suscepit infirmitates
nr̃as licꝫ sine peccatꝭ: denudari erubu
it ꝛ tãto plus aliis pudicis ꝟginibus
q̃nto sua pudicicia incompabilis fuit
oĩbus virginibꝰ: imo etiã (vt sic loqui
liceat) pudicicie angeloꝝ. O q̃ntꝫ pro
nob humiliatꝰ fuit: qui tñ immensus
eternus. ꝛ incõprehẽsibilis verꝰ deus
fuit: sed dehonestatus (non tñ vt deꝰ
qꝛ deitas nihil patiebatꝰ) ac si fuisset vi
lissimꝰ hõ: imo quidã seruꝰ empticius

sub illoꝝ dñio constitutus. Disce hic miser homũcõ flagella dei patiẽter ferre cõsiderãs diligẽter. qꝛ nec ille de mũdo sine flagellis exijt q̃ oĩno sine omĩ peccato fuit. ꝛ clama ad deũ oculis lachrimosꝭ. Benignissime dñe vt mihi tpe iusticie parcere possis: hic nũc tpe grẽ peto me flagelles: hic vre hic seca. vt in eternũ parcas tñ in miseratiõibꝫ tuis multis. ¶ Quarto sanguinẽ suũ fudit ex magna sobrietate cõtra gulaꝫ ꝛ hoc in coronatione. Fortassis eñ in flagellatione capiti pepcerũt: qđ ne sine speciali trãsiret afflictõe. cogitabãt quõ etiã illic eũ punirent. Cũ eñ post flagellatõem se reuestire vellet: contendũt impijssimi q̃dam pilato dicẽtes. h se regẽ fecit: vestiamꝰ eũ ꝛ coronemus more regio. Miseri ad plenũ sibi illudere volebãt: an̄q̃ʒ eũ morti traderent. Et consentiẽte aut iubente pilato cõgregauerũt ad hoc vniuersaʒ cohortẽ

Meditatio ferie sexte.

in pretoriū vbi sedebat p̄ses ꝛ senatus: vt oēs interessent tali spectaculo. et vt magis ei illuderent in loco patētiꝛ coram multitudine. Et eū vix reuestituꝫ exuentes: induunt eū purpura: seu circundederūt ei clemidam coccineā veterem in derisum ꝛ ꝯfusionis augmētū. ꝛ collocant eū quasi sup soliū regale. ꝛ pro dyademate seu corona regali plectentes nō de auro argēto vl' gemmis p̄ciosis sed de spinis marinis (q̄ꝝ aculei sunt valde accuti duri ꝛ penetratiui) ꝛ imposuerūt capiti eiꝰ tenerrimo tanq̄ꝫ dyadema: q̄ totū caput eius tegebat p̄ter facieꝫ: imprimentes ex oī parte capiti sanctissimo aculeos istos ad maximam eius penam et afflictionem. Pro sceptro quoqꝫ regali dederūt in manu eius arundinem. designātes regnum quod sibi vsurpauit (dicendo se regem) ad modum arundinis esse vacuum et infirmum. Deinde cum

signa talia adhibuissent: f~ectebāt ge-
nua corā eo: ac ironice ꝛ derisorie vt re
gē salutabāt illudendo dicentes Aue
rex iudeoꝝ Quasi dicāt: voluisti q̇dē
regnare. sed nō p̄ualuisti. ꝛ hoc fecerūt:
vt eoꝝ illusio respōderet iudeoꝝ accu
sationi ꝛ vt illuderēt factis: sicͥ illuserāt
verbis ꝛ signis. Dabāt ei alapas In
hoc illusionē suam magꝭ despectiuam
fecerūt: q̄ velut adorātes deū ꝛ salutā
tes regem: eū alapisauerūt. Et expue-
bāt in faciem eiꝰ tanq̄ȝ in vilem ꝑsonā
ꝛ cōtemptibilē. O q̄ȝ vilis actus mili
tuȝ. Deinde reaccipientes arūdinem
d̄ manu eiꝰ: cū ea reuerendū caput eiꝰ
crudeliter feriūt. ꝛ ratōe doloris infli-
gendi: vt aculei spinarū fortiꝰ infigerē
tur capiti. ꝛ ratōe ↄtemptꝰ. in signū va
cuitatis Non em̄ tm̄ causa ledendi eū
ꝑ puncturas spinaꝝ et ꝑ ictus baculi.
sed etiā causa illudendi ꝛ vilificandi h̄
fecerūt. Nam viles ꝑsone baculis: sicͥ

bestie: pcuti cõsueuerũt. quasi diceret.
O tu hõ vilis vt q̄d te regē facis. Et
tūc fluunt vndiq3 largiter p frontē ge/
nas ⁊ collū ihu: stille sanguinis cū spu
tis iniq̄rum. vt appareret quasi lepro
sus ⁊ nouissim⁹ viroꝝ. ⁊ sic visus est n̄
hñs speciē neq3 decorē. vt etiā sup pa/
tuit. Tinxit ḡ sanguis totū caput eius
sicut cruor flagellis extract⁹ ⁊ sudor sā
guineus tinxit oēs alias ptes corpis.
vt nō tm̄ man⁹ ⁊ pedes ⁊ lat⁹ dicamus
sanguine respsa. s3 tota veste ticta xp̄3
ascēdisse ō bozra vt impleret illō. Ysa
ie. lxiij. Quare rubrū est induentū tu
um ⁊ vestimentū tuū sicut calcātiū in
torculari. Que q̄stio. s̄m glo. fuit ange
loꝝ videntiū ⁊ mirantiū qꝛ corp⁹ xp̄i.
qō de vtero virginali tm̄ candorē ha/
buit: in tm̄ fuit sanguīe rubricatū. Ad
quā questiōem ipe ibidē rn̄det. Tor/
cular calcaui sol⁹ ⁊c. Cerne igit̄ eū cu3
cordis amaritudīe in singulis suis af

flictionibꝫ. qꝛ oīa sustinet que ipi vo/
lunt quasi eoꝝ fuꝰ. ꝛ ad oīa tacet qua
si mutus ꝛ maxime cerne eū: cuꝫ caput
eiꝰ: spinis plenū. arūdine ḡuiter ꝛ sepe
percutitur. quomodo depresso collo
patienter (cum dolore tñ magno) acer
bos ictus suscipit ꝛ patiẗ. Et dic in de
uotione cordis. Dñe ihu ꝑ hāc tuam
hūiliatōem: confusionē: ꝛ afflictōeꝫ ro
go q̄tenus me velis in hac vita coro/
nare grā tua: vt ipa mecuꝫ sit in oībus
bonis agendis ꝛ a malis retrahendis
ꝛ viam dirigens salutis. vt tandē pos
sim venire ad coronā glīe. ¶ Quinta
sanguinis effusio fctā fuit ex magna
pauꝑtate ꝯtra auariciā in loco calua/
rie. Data eñi sententia vt crucifigereẗ
(que data fuit in publico), reduciẗ do
minꝰ intus ꝛ spoliaẗ seu exuiẗ clamide
purpurea. q̄ fuit ab illis indutus: nu/
do corā eis existēte. vix daẗ sibi spaciū
vestiēdi se vestimētis suis. vt ductꝰ ad

mortē magꝭ cognosceret. Ut aūt venit
ad locū caluarie portās crucē: cruce
deposita ꝛ adaptata: spoliat vestibꝫ su
is cūctis vidētibꝫ cū maxio dolore. Nā
vestꝭ interior adherabat ei ipressa vul-
neribꝫ flagellorū. Et fuit hec spoliatio
vestiū vna de potioribꝫ afflictiōibꝫ dñi
Ad harū ei ablatōē renouata sūt in eo
oīa vulnera sua: ꝛ magꝭ tūc cruciabat
ꝙ̄ in pmaria ꝛ actuali flagellatiōe Si
eñ modica lana aut panniclus aliqs
in recēti vulnere ꝯgelet: ꝛ inde pꝰ violē
ter extrahat: lōge maior sentit dolor: ꝙ̄
in pma vulnerꝭ inflictōe. ꝛ q̄ pla vulne
ra: eo āpliora cruciamēta. Et tūc corpꝰ
eiꝰ tā elegāter formatū: apparuit totū
cruentatū ꝛ liuoribꝫ repletū. In h etiā
apparuit passiōis eiꝰ ignominia ꝛ horri
bilis confusio ꝙ nudus (sm Ambro.
et alios) est crucifixus. quia hoc non
nisi personis abiectissimis fit et vilis
simis: tectis fortassis tamen verēdis.

Sed innocentissim⁹ dñs totius ho/
nestatꝫ rex ꝛ amatoꝛ pl⁹ cũctis sceleratꝫ
ↄfundit. Vñ verecũdia pl⁹ q̃ꝫ dici põt
aĩam virgineã cruciabat. Hinc in ps̃
ꝓpter te sustinui oppꝛobꝛiũ ꝛ operuit cõ/
fusio faciẽ meã. Et si cũ nudabat̃ ante
flagellatõeꝫ, coꝛã paucꝫ pudicissimus
dñs nõ modice afflictus est. q̃nto ma
gis nũc coꝛã omĩ ꝑplo in cruce erigen
dus vltra nõ reuestiend⁹ Et tũc ꝑmo
eũ mater sua ↄspexit sic cruentatum et
vulneratũ. O quant⁹ doloꝛ ei⁹ fuit cũ
eũ sic aspexit afflictuꝫ ꝛ coꝛã omĩ ꝑplo
nudatũ vt dictũ est etiã femoꝛalibꝫ. cre
do verbis explicari nõ possit. Accele/
rat igit̃ mater ꝛ filio suo appꝛoximat ac
velo capitis sui eum cingit ꝛ velat. vt
vult ludolfus in de vita xp̃i. O in q̃n
ta amaritudĩe cũ hoc fecit fuit aĩa sua
Uerne q̃ntum cõdoluit fili⁹ matri sibi
taliter cõpatienti. credo qꝫ ambo ꝟba
facere nõ potuerũt. Considera etiam

Meditatio. ferie sexte.

q̄ntus dolor fuerit ipi dño in tali exui
tione ratione noue coronatōis. qr ve
stes exui non potuerãt nisi p caput. et
sic semp noua vulnera. Telũ em̃ extra
hendo plus ledit q̄z infligendo Aut si
non fuit extracta ꝑus corona. tũc ma
gna fuit fa-ta cõmotio spinarũ in ca/
pite eius infixarũ. Quantꝰ tũc excessi/
uus fuerit dolor eiꝰ: penset q̄libet ĩ cor
de suo que oĩa mater illa mestissima cõ
spicere potuit Dic ḡ corde deuoto. O
mi ihũ q̄ in nullo tibi ꝓpter me (quem
nimis diligebas) pepcisti: da mihi re/
ciprocã caritatẽ. vt q̄ ante crucẽ vesti/
bus expoliari z nudari voluisti: fac me
ab oĩbus mũdanis rebus in q̄ztum ꝯ
salutẽ meã sunt: denudari: q̄tenus nu
dũ crucifixũ z nudã crucẽ nudꝰ sequar
¶ Sexto fudit sanguinẽ ex magna a/
micicia ꝯtra odiũ z inuidiã in crucis
affixione. Nã cũ crux in terra iaceret.
z pata esset (vt dic̄ Rudolfus) eripitur

filius de manib⁹ matris furibūde: nō sine magnis dolorib⁹: gemitib⁹ z suspi rijs vtriusq₃. ac nudus. z sic dilacera tus sine pietate sup crucē pijcit. crude liter expans⁹ z tract⁹: strictissime vinci de extēsus. Dicit eīm q foramia p̄us fe cerūt. z q₃ brachia z pedes xpi non po terāt foramia attigere: ideo ligat₃ funi bus in brachijs z pedib⁹: tm̄ traxert ac dulces man⁹ z pedes ita atrociter extē derūt non sine magno corpis cōpagū q₃ fragore: q oēs iuncture ossiū dinu merari potuerūt. iuxta. ps̄. Et sic ma nus vna: q̄ sinistra videt esse sm̄ Hie ro. cū magno dolore clauo affigit. De inde brachiu₃ alterū ad foramē funib⁹ tensu₃: scda man⁹ filij clauo annectit. Post vtrūq₃ pedē innexis vincul' deor su₃ trahūt et cōplicatis sup se inuicem pedibus (vt ia₃ cōiter tenetur) terciu₃ clauū crudelissime perfigūt. Vult bea tus Ans. q vno clauo ambo pedes p

figũtur. qđ sic ostendit q2 in oĩbus pe
nis insatiabilis odij rabies q̃cquid pe
nalius excogitare poterat. egit: sed pe
nalius fore dinoscit duos pedes can
cellatos configi clauo vno. tum prop
ter maiorem percussionis violentiaz
tũ ꝑter supiorꝫ pedis latiorẽ vulnera
tõez tũ propter vtriusq̃ duriorẽ ꝯfra/
ctõnem: quoniaz sic cãcellatos pedos
(appodiamento nullo supposito) vsq̃
ad plantarum rectificatõnem crucis
stipiti ꝯclauerũt. Putanduz q̃z dñm
pudicicie auctorez: cũ dorsotenꝰ cruci
supiectꝰ essꝫ. nature secreta celando. pe
des cãcellasse. Carnifices q̃z sic cãcel
latos ꝯfodisse. Et sic totũ corpꝰ dñi in
longũ ⁊ latũ extensuz tribꝫ horis cum
maximis cruciatibꝫ pepẽdit. Vñ ꝯse
q̃nter ex hmõi tẽsione vulnera eius q̃
pus in exuuijs vestimentorum suoꝝ:
(vt dictum est supra) renouata fuerũt
hinc amplius dilacerata sunt. Unde
hec extẽsio mltũ penosa fuit ⁊ maximũ

dolorē xp̄o intulit: q̄ꝛ oīa vulnera sua magꝭ ampliata fuerūt: sic videm⁹ quā/
do pellis aliq̄ ꝓut̄z hn̄s foramē tendi tur: mox foramē āpliat. Sic in xp̄o fa ctū fuit cū nouo vtiq̄ʒ dolore ⁊ multa sanguinis effusione. Deinde attende eleuatōnem dn̄i tui sic ligno affixi de terra: cū laborib⁹ magnis ⁊ clamoribꝫ factā: ꝓpter corpis sui pōderositateʒ. et dimittūt crucē cū eo affixo in foueam (cruci paratā) violenter ⁊ vno impetu decidere vbi cōcussa sunt ⁊ supaffliċta om̄ia mēbra dn̄i etiā interiora nerui ⁊ cōpages ei⁹. sicut solēt ad cordas trac/ti (si qn̄ cū baculo astātis: funis pcut titur) cū maximo ⁊ q̄i intolerabili do lore sentire. Vn̄ iterū lacerabant̄ vul/nera manuū ⁊ pedum ex pōderositate corpis (vt dictū est) pfluxerūtq̄ʒ copio si riui sanguinis vndiq̄ʒ ex illis mag/nis scissuris ⁊ fontibꝫ saluatoris. tūc apte sunt vene fontis aquaꝝ viuentiū

et effluxit copiosissime preciosissimū
illud balsamū cūctorū penetrās et lique
faciens pia corda. Tunc erupit fons
paradisi: fons sanguinis xp̄i de loco vo
luptatis: corpe. s. dn̄i p quatuor ptes di/
uisus: manuū pedūq; fossuras. et copi
osissime fluēs: irrigauit vniuersā ter/
rā: peccata oīm abluendo. Siue autē
in terra posita cruce extensus fuerit
crucifixus (vt iam dictū est) et postmo
dū ipm lignū taliter deo insignitū fue
rit eleuatū: qd nō sine grādi dolore pō
derositatis corpis lacerātis et diuellē
tis carnē et riuos in locis clauorū: po/
tuit fieri: vt sup patuit. Siue etiā: vt i
reuellatōib' brigitte legit: p scalas cru
cē ascēderit. et a pluribus carnificib' cru/
deliter ptractis brachijs fuerit concla
uatus: totoq; pondere corpis impri/
mēte sup vulnēra manuū. aliq's alius
in anteriori pte positus crudeliter per
tibias trahēs ad ima. sic eū clamaue

rūt eum. Hoc ex euāgelica historia nō declarat apte: vt̄qꝫ eñ modo℞ fieri potuit. In hac ꝗ̄ ꝯclauatōe: ꝯfessione: extensione ⁊ pensione inter oīa q̄ pro nobis ptulit: maxime doluit ⁊ p̄cipue in pectore ꝓpter disiunctōeꝫ pectoralium ossiuꝫ ⁊ hic dolor vehemētior videtur ꝓpter ꝓpinquitatē cordis. Cuꝫ eñ ossa illa videant̄ naturaliter ordinata pro cordis ⁊ pulmonis ꝓtectōe. nō potest ipo℞ dissipatō fieri absqꝫ cordis maxima passione: nec cessante miraculo. in alio posset tal' violētia fieri absqꝫ morte. Hec ꝗ̄busdaꝫ deuotis ꝑsonis legūtur a dño reuelata. Iteꝫ legit̄ quandā sanctā ⁊ deuotissimā virginē dixisse ꝙ passiones q̄s in corpe sustinuit filius dei ⁊ hoīs pro nr̄a salute: nullus hoīꝫ ferre posset: q̄n pluries si esset possibile moreret̄. Naꝫ sicut amor queꝫ gerebat ⁊ gerit erga nos inestimabilis est: sic passio que (solo amore iubēte ꝑiter

z cogente) portabatur ab eo: inestima
bilis fuit. z non tm̄ quãtuz natura re
rũ; z malicia inferentiuz: potuit facere
sed etiã mlto plus. Quis em̄ crederet
q̄ spine pforarent os capitis vsq3 ad
cerebrum: aut q̄ ossa viui hoīs disiun
gerentur. sicut in xp̄o contigit. Sz q̄r
maxim⁹ erat amor, pter quē solũ porta
bat hec oīa: maximas etiã adinuēit
penas. quib⁹ se nob̄ pfect⁹ demonstra-
ret. Hec em̄ fuit vna de pncipalib⁹ cau
sis illi⁹ passionis: demõstratio sc3 pfec
tissimi amoris quē habet ad nos qui
ɔuenientiori mõ nõ potuit demõstra-
ri. Vñ claui nõ tenuerũt eũ in cruce s3
amor. nec vires hoīm deuicerũt eũ s3
amor. Quõ aũt vicissent illuz: ad cui⁹
vnicum verbũ omnes ceciderũt in ter
ram. Hec predicta virgo. Dic igitur
in deuotione cum dolore cordis tui.
Mi domine ihesu tuas considerans
amaritudines in memetipso defitio.

Jmmensas ergo tibi graꝝ refero actõ
nes ꝑ tã penali ista sanguis tui habũ
dãti effusiõe rogãs hũiliter benigniſ-
simũ cor tuũ: vt q̃ in cruce leuari ꝛ sic a
terra exaltari voluisti: fac me q̃so a ter
renis affectibꝰ subleuari ꝛ mẽte celesti
bus ꝯuersari. ꝛ tuis vulneribꝰ cõdolẽ-
do me imergere. ¶ Septimo ꝛ vltimo
effudit sanguinẽ suũ benedictũ dñs ie
sus ex magna aspitate ꝯ luxuriã i late
ris sui aptione. Cũ eñ milites obten
ta licẽtia a pilato mitterent a iudeis.
vt crucifixis crura frangerẽt vt sic citi
us morerent ꝛ tollerent de patibulis
ꝓpter festuȝ. Cum magno g̃ strepitu et
furore veniẽtes. ꝛ vidẽtes latrones vi
uere: frangũt eis crura ꝛ occidunt Ad
ihm aũt veniẽtes: q̃ iaȝ mortuꝰ fuerat:
eo q͛ acerbiora supplicia q̃ȝ latrones ꝑ
tulerat: vl' forte ãn alios suspẽsus fuit
vl' quia ptãtem aĩaȝ ponendi habuit
nõ fregerũt eiꝰ crura. vt scriptura iple

retur. Sed tñ vt certificaret̃ de morte ei⁹. vnus militũ. Longin⁹ noĩe (tunc impi⁹ ꝛ sup̃bus: p⁹ x̄po ꝯuersus ꝛ martir factus) porrigens lanceã ꝛ hastam accutissimã in lat⁹ dñi ihũ dexterũ miserabiliter ꝛ crudeliter defixit ꝛ vulnere grãdi ap̃uit. Et hoc fecit iste ad cõplacentiã iudeoꝝ in q̃ patꝫ eoꝝ nimia crudelitas. Crudelitati enĩꝫ sp̃ maior crudelitas succedit. q2 nõ satiati pẽis q̃s x̄po viuenti inflixerãt: etiã mortuuꝫ vulnerare conati sunt. Sed cõtumelia illa a iudeis illata: statim in signũ p̃dĳt. q2 de corp̃e extincto sanguis verus ꝛ aqua pura miraculose emanauit ꝛ ꝯtinuo effluxit: vt preciũ nr̃e salutis. qđ a fonte ihũ scꝫ cordis archano p̃fusuꝫ inundaret sacramentis eccl̃ie ad vite gr̃am. ꝯferendã. essetq; iaꝫ in x̄po viuentib⁹ pocl̃m fontis viui salientis in vitã eternã. Et q̃uis illud vuln⁹ lateris nõ senserit. cũ corp⁹ mortuũ fue-

rit. tñ ꝑ hoc ↄtumelie ⁊ cõuicia sibi in
ferebant. q2 oẽs ↄtumelie ⁊ crudelita/
tes illate mortuoꝝ corꝑibus: reputã/
tur ac si viuis inferrent. Item ⁊ si cor
pus mortuũ erat: vixit tñ immortalis
deitas a corꝑe mortuo nullatenꝰ sepa/
ta. Magna ġ crudelitas fuit talem ac
tm̃ bñfactorem innocentez: tali morte
turpissima ⁊ penalissima occidere Sz
maior feritas corpꝰ iã mortuũ frustra
vulnerare Detestabilior eñ est spolia
tio mortuoꝝ ꝗ̃ viuoꝝ. ꝓpter qđ graui
us punit̃ ſm leges: ita ⁊ mortuoꝝ cor
poꝝ vulneratio maioris feritatis est
indiciũ. Sed licet ipe nõ senserit: me/
stissima: tñ mr̃ eius bñ sensit cuius fe/
licissimã aĩaz crudel' illa lanceatio tũc
transfixit: tũc ipa deficiẽs ⁊ quasi mor
tua cecidit inter brachia magdalene ĩ
terrã. Uides quotiẽs isto die mortua
est: totiens certe quotiens videbat cõ
tra filiuz fieri nouitatem. Ecce iaz nũc

Meditatio ferie sexte.

Lancea salutis. perfidia populi repro/bati casso vulnere in parietem carnis ihu diuina miseratione prolata. fora/mē fecit in petra z cauernā in maceria tanq̄ habitaculū colūbinuȝ. Exurge ergo virgo beata: que sola es z vna di/lecti columba formosa. esto edificans in summo ore foraminis apti cordis z lateris xp̄i tui. recipe dolorosum gla diū quem tibi symeou pp̄heta olim p̄ misit. Et tuā: ait ipius animā pertrāsibit gladius. Uere tuaȝ ipius: q̄a tua fuit ipi⁹ bn̄dicti ihu mlto plus q̄ȝ tui. in ipsum totaliter per amoris incendium transportata. Uere etiam ipsius tuam: quia gladius diri supplicij iesu mortis: tuam dilectissimam animam pertransiuit. totam se in suos trāspor tando dolores. Hic comtemplare q̄ȝ care sumus redempti z q̄ȝ preciose loti non corruptibilibus auro z argento. sed precioso christi ihesu sanguine.

Dic ergo cũ beato augusti. Rogo te dñe p illa salutifera vulnera tua q̃ pas sus es p salute nr̃a in cruce. ex q̃bus e manauit ille p̃ciosus sanguis quo su mus redẽpti: vulnera hãc aĩam meã peccatricẽ p qua etiã mori dignat⁹ es vulnera eã igneo ⁊ potẽtissimo telo tue potentissime caritatis. Cõfige cor me uz iaculo tui amoris: vt dicat tibi aĩa mea. Caritate tua vulnerata sum: ita vt ex ipo amorꝫ tui vulnere: vberrime fluãt lachrime die ac nocte. pcute ob secro dñe hãc durissimã mentẽ meã valida cuspide pie dilectõis: vt altius ad intima penetret ꝑtute potẽte. Hec aug⁹. Uulnera queso cor meũ lancea caritatis: vt tuis dign⁹ efficiar sacram tis: q̃ de tuo sanctissimo latere nob p fluxerũt In apertura lateris tui dñe a peruisti electꝫ tuis ianuam vite. Hec porta tua dñe. Justi intrabũt in eam Noli dñe queso iniq̃tatũ meaꝝ recor

dari vt ꝓpter eas mihi claudas aditū istū: quē peccatorib⁹ ꝛ penitentib⁹ pro uidisti. ꝓpterea (ẜm augusti.) euange/ lista vigilanti ꝟbo vsus est. vt nō dice ret lat⁹ ei⁹ ꝑcussit: aut vulnerauit: aut aliq̇d aliud. sed apuit: vt innuat ꝙ ibi q̄damodo hostiū vite apertū ē. q꞉ inđ sacramēta eccl'ie vt sup̄ dictū est ema/ nauerīt: sine q̇b⁹ ad verā vitā nō intrat.

Pulcra lamentatio beate vir ginis contra arma christi.

Consumato passiōis xp̄i a/ gone cū ip̄a mat̄ sup̄ morte vnigeniti sui videret celū terrāq꞉ lugere: ꝛ dolorosum piaculū fugere corpis ih̄u añ suos corpales aspectus attenderet: quō putas eā affectā similē in se for/ matōem figere. Vere em̄ ip̄m exēplar mortis tanq꞉ sigillatiua impressio to/ tā mentem ꝟgineā sculptura simili fi gurauit: vt merito dicat̄. Ih̄us matrē

afficiens.i.ad se faciens. quia totā eā
in sue mortis similitudinē trāsforma
uit. O quātis dolorū stimulis cōtue/
batur mater corp9 dilecti filij in cruce
pendere.et q̄si horrore mortis filij: in/
strumenta ip̄a infcrentia: crucem: cla/
uos: spinas z lanceā: potuit querulo/
sa pietate de temeritate arguere. z sibi
irrogatas iniurias i ipsa insensibilia
instrumenta: lamentatione retorque/
re deuota ∴ Quasi dicat virgo loquēs
ad crucem. O dura crux z crudelis in
tuū auctorem. qua audacia meū dile/
ctissimū filiuz deū viuum z eternū au
des sup tuā rigiditatem austeraz z du
ram sic crudeli extensione protrahere.
z clauis ferreis tibi sic crudeliter alli
gari. O vos claui creature illius q̄ ve
stris vulnerib9 moritur. quo temerita
tis ausu dilectissimā amantissimi mei
filij carnez spiritusancto cōceptam sic
atrociter perfodiendo diuellitis ∴ O

lancea que ex perfida populi reproba
ti casso vulnere in parietez carnis ihu
nati mei: foramen fecisti in petra ꝛ ca/
uernã in maceria. cur tuã acuitatez tã
horribilit tãqȝ tirãnice in mortuũ me
uz exercuisti nõ tuꝰ extitit inimicꝰ sȝ ve
rus fabricator. hic cor eiꝰ ꝛ latꝰ pforare
minĩe debuisti. Et vos spine nõ fuistȝ
create. vt vr̃i caput pũgeretȝ auctoris.
Cur dure create vrãz innatã duriciaz
non eliquastis vestri timore auctoris
An non aduertistis solem horrere pi
aculuz opis vestri: Terrã tremere su/
stinendo tormentũ illati supplicij. La
pides naturali cõditõe voƀ duriores
sup filij mei dolore pscindi. Certe vos
nec videre: nec noiari: audire (vr̃a ipsa
crudelitate impediẽte) vl' tenuiter pos
sem: nisi quia vos totaliter filius me
us in dulcorẽ sui humoris ↄuertit: vt
spernere vos non possim: sanguis de
sanguine meo. ꝛ caro de carne mea.

Ipse eñi dilectissim⁹ fili⁹ me⁹. vos na-
tura siluestres et duras: in sui corpis
plātauit deliciosissima padiso. Et vos
sui sanguinis sic humectauit irriguo
vt nō iam alius cibus plus mihi pla
ceat ꝙ vr̄a deglutire acumina: ⁊ vos i
figere cordi meo Sz tu crux alte statu
re. si ad me pietate pmota mitti velles
⁊ rigorē tue natiuitat inflectere. vt mi
hi incliata: me pmitteres meū dilectū
filiū amplexari: iam tuaꝝ iniuriarum
oblita: pacē tecū cōponerem mente de
uota. Amen

Deuotā disputatōem beate virgīs
cū cruce: quā quidaz deuot⁹ ꝯtexuit
hic ex deuotōe inserādaz eē decreui

O Crux dura q̄d fecisti. Multū
o certe p̄sumpsisti. Christū deū
suscepisti. Qui creauit oīa.
O crux redde mihi filiū. Totū meuz
solariū. Iam nō expecto aliū. Sicut
scripture predicāt. O crux apte respi

Disputatio Marie cum cruce

ce Vide kraz tremere Solē lumē clau
dere. Hec xp̄um deū nunciāt.
Rn̄sio crucis ad btām virginē
O tibi v̄go rn̄deo. q̄ p mūdo ihm
teneo. Nūc tibi nō restituo. Ut mun/
dū a morte redimat. Hec est certe lex
nature. Jugum gue geniture. Omes
viuūt isto iure. Ut mors oēs recipiat
Mors ē quies viatoris. Finis oīs
est laboris. Per mortē corp⁹ redēptor̄
Opter q̄ trāseat. Deus mortē ordi
nauit. Mundum morte subiugauit.
Propter hoc ipe gustauit Nō ꝛ aliis
ordinauit. Nihil cōuenienti⁹ Quā
xp̄us dei fili⁹. Patri succurrit penit⁹.
Secū ad celū ꝑuehat. Uirgo tu ꝛ/
ue filia. Matrē dānataꝫ libera. Sol
ue ꝑpentis vincl'a Mūdus te laude ꝑ
uiat. Per hec mundus te laudabit.
Paradisus exultabit. Adā xp̄us libe
rauit. Resurrexit die tercia.
Rn̄sio virginis ad crucem

¶ O crux tua verba audio. Nō tamē dolore careo. Jesuz pēdere video. In ter latrones viliter.

¶ Responsio crucis ad virginez.

¶ In me deus se hūiliauit. Propter me celum letificauit. Et infernuz spoliauit. Christus agens humiliter.

¶ Sum scala celi ordinata. Sū xpi morte cōsecrata. A deoq3 p̄destinata. Vexilluz suz victorie ¶ Debes ergo tu gaudere. Nō debes mūdo inuidere. Sic p mortem subuenire Voluit eis rex glorie. ¶ Mundus debet hāc amare. Et deuote salutare. Se mihi totum inclinare. Pro xpi amicicia

¶ Rñsio pacificate v̄ginis cū cruce. Pacem simul habeam⁹. Amplius nō ɔtendam⁹ Deo cūcta cōmittam⁹ Cui sit laus ꝛ gl'ia ¶ Morteē iaz non timeam⁹. Crucē oēs diligam⁹ Deuote do seruiam⁹. Cum dei reuerentia. Amen.

¶ Meditatio prima diei sabbati de

Meditatio pma diei Sabbati.

De compassione Marie virginis
Dies sabbati specialiter cō
secratus est marie virgini.
Vn̄ si non legitimū habe-
as impedimentuȝ: decet in
ei⁹ honore missaȝ deuote ce
lebrare: habita piter tūc meoria q̄nq̄ȝ
gladioꝝ q̄s simgulari⁹ ppessa inuenit
Primū accepit ex pphetia symeonis q̄
pnerū ihm oblatū in templū repletus
spūsctō ipm eē saluatorē mūdi cogno
uit. ꝛ premisso pconio (qd in cantico.
Nūc dimittis exprimit) ad matrē pue
ri dixit. Et tuam ipius aiam ptransi-
bit gladi⁹ In q̄ verbo intellexit gladi
um doloris: eo q̄ null⁹ gladi⁹ materia
lis potest. vsq̄ȝ ad animam pertransi-
re. Cuius doloris magnitudinem co-
gnouit ex nulla alia causa nisi a filio
prouenire. Et ideo ad prophetiam il-
lrm expauit stupore vehementi et vl-
traq̄ȝ credi potest. Ex tūc em̄ cor mr̄is

eodem spū plenū: intellexit q2 filiū suū vt ꝑ nob morte̅ despectissima̅ suscipe ret: generauit. Vn̄ quotie̅s eū post in spiceret gemens suspirabat: memor ꝑ phetie: qua̅ co̅plenda̅ suo tp̄e minime dubitauit. Hic co̅templare quō gladi us iste doloris. nō vno die tm̄ aut tri/ bus. sed vsq3 in diem resurrectōis filij miserabilit̄ z q̄si sine intermissiōe ipa3 cruciabat Specialius aūt tūc qua̅do membra ei⁹ tenera lauando aut aliter ta̅geret z tractar3 Vn̄ z dicere poterat Heu me si qn̄ sanctissimoꝝ me̅broru3 istoꝝ ꝯtritōnem cora̅ videre co̅tingat. Sed forsitan dulcis z vnicus fili⁹ me us hanc sua̅ mecū faciet misc̄diam. et auferet a me aīam ne videre cogar cor dis mei imme̅sum hūc dolore̅: morte̅ sc3 eius turpissima̅. imo si sic placitu3 esset in ꝯspectu dn̄i. morte̅ mea3 an̄ ei⁹ passione̅: pre cūctis delicijs mū di hu/ ius z honorib⁹ desiderare̅. Scōm

gladium maria suscepit in ammissiōe filij per triduū. Cū em̄ dn̄s ih̄us iam annoꝝ esset duodecim ꝛ ascenderet cū parentib⁹ in iherl'm ad diem festū: qđ q̄dem iocundū valde fuit marie: vt scꝫ rex regū ꝛ dn̄s dn̄antiū secū esset in itinere. sed nō multū post: gaudiū h̄ versum est in luctū. qn̄ recedentib⁹ illis remansit puer ibi: putantes eū esse in comitatu. Nam viri seorsuꝫ ꝛ femīe seorsum ibāt. Dicem̄ mos antiq̄tus erat pre deuotiōe meli⁹ s'uāda. Pueri vero cū illis vl' istis ire poterāt. Ludol. in de vita xp̄i. Cū sero venissent ad locū vbi hospitari debeāt p̄mo die videns dn̄a ip̄m ioseph sn̄ puero q̄ꝫ cū eo redi disse credebat: dolore vehem̄ti ꝯcussa: cū lachrimis p domos q̄s decēter poterat: sero circūibat: de puero q̄rebat: et ioseph cū fletu sequebat᷑. Puero autē tūc nō inuento: q̄lem q̄etem tūc h̄re poterāt: tu ip̄e cogita: ꝛ marie mater q̄ ip̄ꝫ

artius diligebat: nec cõsolari poterat. Quid eñi erat pdere ihm? ꝯspice bene ipam ꝛ vehementer ei cõpatere. q̃a in magña angustia fuit tũc aĩa sua. Nunq̃ꝫ ex quo nata est vsq̃ꝫ tũc in tãta fuit. Nõ ergo turbemur qñ tribulatõez habemus cũ etiã matri sue amãtissime nõ pepercit dñs. Tandẽ dña in camerã se concludẽs ꝛ ad oratõem ꝛ planctũ se ꝯuertẽs: p totã noctem illã ꝛ sequentes angustiabat̃ sup dilecto filio suo. Hec diligẽter cogita ꝛ recogita: q̃ntis vulneribus ꝛ cruciatib' cor virgis tũc sauciatũ fuerit: que suspiria: q̃ lam̃ta: q̃s anxietates ptulerit: cũ tanto tpe quesitũ filiũ non inuenerit. Jaz experiri cepit q̃lis esset futurus dolor ei' de quo predixit ei symeon. Nesciebat ergo q̃d ageret. q: thesaurũ sibi pie a deo cõmissuz pdiderat. Vñ lamentabiliter poterat dicere illud Geñ. Puer non cõparet ꝛ ego quo ibo? Cõsidera hic q̃ bta ergo

de terra sua expulsa ꝛ in egyptū fuga/
ta: in tanta tribulatōne posita filiū nō
perdidit. sꝫ postq̄ȝ ad festiuitates iuit:
ipm amisit: p quod datur intelligi: q
iesus sepe in aduersitate custodit et in
psperitate pditur. Postq̄ȝ ergo cū ma
gno labore ꝛ lachrimis plrimis: rediit
in hierusalez querēdo ipm: potuit di/
cere illud Can. iij. Quesiui quē diligit
aīa mea: quesiui illū ꝛ non inueni: scili
cet inter cognatos ꝛ notos. Surgaꝫ
ergo eundo de loco ad locum ꝛ circūi
bo ciuitatem p vicos ꝛ plateas. ꝛ que
raꝫ quē diligit anima mea. Et post tri
duum ammissionis (vt dictū est) inue
nerunt eum in templo: in loco vtiqꝫ d
uoto et sancto nō alibi. sed in loco do
ctrine sacre deputato ꝛ oratōi. ꝛ viden
tes eū in medio doctorū: amirati sunt
valde pter rei inexpientiā: quia nūq̄ȝ
tale fecerat Mater āt eiꝰ qͥ reuiuiscēs
exhilarata: deo gratias egit immēsas.

At puer iesus videns matrē: venit ad
eā: quē ipa suscipiens ⁊ dulciter oscu-
lans: ac deinde respiciēs in faciē ei⁹ de
corā dixit. fili qd fecisti nob̄ sic. Greg.
Maria maternis affecta visceribꝫ: qͥ
cū lamentis inq̄sitōꝫ dolorosaꝫ: oñdit
⁊ oīa sicut mater fiducialiter ⁊ hūiliter
⁊ affectuose exp̄mit dicens. fili qd feci
sti ⁊c. que fuit pia de ei⁹ absentia ꝯque
stio. Ecce pater tu⁹ ⁊ ego dolētes: scꝫ d̄
ammissione et absentia tua: quereba-
mus te. cui⁹ p̄ntia est nob̄ dulcissima
Quib⁹ respondit. nō exasperādo sꝫ in
struendo. Quid est q̄ me querebatis
scꝫ inter cognatos ⁊ notos: cū potius
deberetis me querere in tēplo qd̄ ē do
mus p̄ris mei: ideo subiūxit: nesciebá
tis q₂ in his que p̄ris mei sunt oportꝫ
me esse. Et nota q̄ istud fuit p̄mū ver
buꝫ qd̄ ab ore saluatoris p̄latū eē legi
tur. In q̄ suā diuinitatē expressit. ⁊ fu
it tante altitudinis. q̄ maria ⁊ ioseph

Meditatio pma diei Sabbati

ipm non intellexerut. Uel pre nimia
leticia no aduerterut. Ipse vo ad mris
reqsitioem z volutate rediit cu ill' naza
reth. z erat subdit' illis Ondens nob
in exeplo vt interdu bona maiora om
mittere. z miora p bono obedietie fa/
cere pueniat. Ex his g eligatur pacie/
tia in singulare amica hoc tpe incola
tus hui' mudi Si em dns ihs paren
tes suos tam iustos ta sctos (se eis ad
tps subtrahedo) sic tribulauit: ad no/
stra illud factu eruditoem credam': vt
cu nos pter peccata nra plurima: per
varias tribulatioes (tanq filios qs h
arguit z castigat) pbauerit: patientia
in salute aiaz nostraru discamus. De
hac amissione z reinuentoe pueri ihu
pulcre z alte loqtur. Ubertin' in scdo
li. ca. vij. de arbore vite crucifixi iesu:
multas pfundas questiones moues
z pulcerrime solues. Tercium gladi
um accepit maria in filij sui captione.

Cū enī beatus iohānes sociū suum
petrū post trinā negatōez mgrī de do
mo cayphe abeuntē ⁊ amare flentē am
miserat: timēs ne forte sibi similia eue
nirēt: etiā ipe recessit ⁊ venit nocte illa
in domū suam in q̄ forsitan maria ma
ter dñi cū matre iohānis (que soror do
mine erat) et aliis mulierib9 manebat.
Uel (vt alii dicūt) iohes dimisso dño
iesu in domo cayphe: cucurrit versus
bethaniā ad domū magdalene vbi vir
go remāserat: qñ xpus cū discipl'is ve
nit hierl'm ad cenā faciendā. ⁊ ibi cla/
mās ad hostiū a virgine orāte: tremēte
⁊ attonita audit9 est. Aduocauit mox
magdalenā dicēs. Surge filia, ⁊ audi
amus q̄d nob̄ de filio meo significat.
Intromissus iohānes eiulās flens ⁊
lachrimās dixit. heu me venerāda ma
ter: q̄z durus tibi nūcius venio. Et cū
pre singultib9 vix loqui valeret: inter9
rogabat a virgine cōlachrimāte. Ubi

Meditatio pͣma diei Sabbati

est filiꝰ meus: vbi est iesus meꝰ: Quid
actū est de filio: viuit adhuc: an iudei
interfecerūt euꝫ: Heu me dolentē ni/
miū. Et iohānes rn̄dere poterat: Nō
dn̄s mortuꝰ est sed iudas scarioth domi
nū ꝛ mgr̄m vendidit inimicis suis: et
tradidit eū nocte ista iudeis: quoꝝ mi
nistri cōprehenderūt illū: ꝛ captū liga
tū ac vinctū duxerūt in domū caype
Asserūtqꝫ neqꝫ illi pharisei et scribe eū
debere morti adiudicari. O qꝫ gelidū
factū est tūc cor illud virgineū: q̄nto ve
dolore repleta fuit aīa eius: Nūc gla
dium symeonis (quē tot annis expec/
tauerat) cuꝫ magna cordis tristicia a
trocius sensit. Alij dicunt qꝫ maria in
spiritu cognouerat: quādo et quomō
captꝰ fuerat. Que statim cum inestia
bili lamento fletu ꝛ planctu exiuit cuꝫ
iohanne: magdalena ꝛ alijs comitāti/
bus. hierusalem festina petens: ꝛ ma
ne veniens vsqꝫ ad domū pōtificꝭ (vbi

multitudinē congregatā inuenit: qm̄
ad pilatū ih̄us mittendus erat) tēpta
bat ad filiū ꝓperare: sed nō ꝑmittebat.
Nūc clamare potuit altisona voce: fi/
li mi ih̄u: ih̄u fili mi: vbi es dilectissime
fili. vbi te inueniaȝ? Quis te cepit: cur
te mihi abstulerunt benignissime fili?
Et similia poterat dicere. Et dū vide/
ret armatos iudeos atȝ gētiles domū
cayphe intrare ꝛ exire (q̄ oēs tanq̄ lu/
pi rapaces in agnū māsuetissimū seui
ebāt) multiplicabat dolor ipi⁹ nimis
Et dū sic angustiata staret: mox edu/
cūt dn̄m ih̄m hn̄tem man⁹ retro colli/
gatas: quasi fur esset et latro in medio
armatoꝝ: q̄s ante ꝛ retro habuit: a dex
teris ꝛ a sinistris ꝓpter metū cōis vul/
gi: q̄s summi sacerdotes ꝛ p̄ncipes mł
tū timebāt. Et cū ipa mestissima ma/
ter (cū his q̄ secūt erāt) videret sic liga
tū: afflictū: ꝯsputū: ab oībus despectū
a discipłis derelictuȝ. ac oīm solatio ꝛ

auxilio destitutū: non loquentē: nō se excusantez: sic vituperabiliter ꝛ enormiter a tāta mltitudine armatoꝝ crudeliū duci ad sistendū tribunali iudicis iniqui. ꝛ cōdemnandū morti: quanto fuerit dolore ꝛ amaritudine repleta: nō posset dici. vel ſmōe explicari. Dn̄s āt vidēs matrē ꝛ forte audiēs eā sic lamētantē in tāto dolore valde dolebat ipse ꝛ adaugebatur angustia mētis sue. Sciebat em̄ ꝙ pro ipso vsqꝫ ad euulsionez aīe a corpe dolebat. Naꝫ q̄nto int̄ eos erat amor vehem̄tior: tāto vtriusqꝫ dolor cōpassionis intensior. Cōstat aūt ꝙ nunq̄ȝ inter matrē ꝛ filiū maior ꝛ intensior fuerit dilectio. Amor em̄ q̄ debet eē patris ꝛ matris ad filiuz: erat in virgine sola Et hoc sciens dn̄s (q̄ oīa nouit) vbiqꝫ ei multiplacabatur dolor ꝛ angustia. In illo ḡ mutuo conspectu magnus valde dolor fuit vtrinqꝫ. Uel forsitan auertit vultū suū sputis iude-

orum totū maculatū: ne plus augeret
matris dolorē. qđ vtiq3 etiā sine vtriusq3
q3 speciali miseria nō fuit. Quartum
tūc gladiū mater dolorosa accepit qui
aīam v̄ginis pertrāsiuit: qn̄ iuxta cru
cem filio in ea pendēte stetit et eū p̄mo
intuita fuit tā miserē ꝛ crudeliter expā
sum ꝛ laceratū ꝛ oībus vestibꝫ spolia
tū ꝛ manibꝫ ꝛ pedibꝫ ꝑfossuȝ ꝛ totū san
guine ꝑfusuȝ nolēs deserere morientē
quē viuū an̄ nunq3 reliq̄rat. ꝛ q2 ei nō
dabat̄ mori cū filio: saltē oculos habe
bat fixos ī eo suspēso: imo ī cruce dn̄a
mūdi: regia celi cū filio affixa stabat: fi
lius em̄ in corpe sparsa: ipa v̄o in aīa
oīa illiꝰ vulnera habuit vnita. O q3
miserabilis intuitꝰ. ꝛ aspectꝰ intolera/
bilis vn̄ dolor inexplicabil' nō īmeri/
to aīam eiꝰ ꝑtrāsiuit: nec soluȝ ex intui
tu. sed etiā ex auditu. cū audiret hīcin
de blasphemātes: ac filiū subsānātes
atq3 dicētes. Vach q̄ destruis templū

⁊ in triduo reedificas. si fili⁹ dei es de-
scende de cruce. ⁊ alia mlta in derisuȝ
pferentes. Un̄ poterat virgo illa san-
ctissima lamentabiliter dicere. O fili
mi aīe mee olim ꝯsolatoꝛ ⁊ gaudiū: nūc
aūt gladius penetrabilioꝛ om̄i mucro-
ne acutissimo. Fili mi quē nouē men-
sibus in vtero tenui: quē ꝓuo lacte pa-
ui: quē totiens infantem ⁊ paruulū pā-
nis inuolui: in cunabulis reposui: ⁊ a-
moꝛosis amplexib⁹ strinxi inter vbe-
ra mea: ⁊ osclata sum vbi sunt gaudia
que de te suscepi: cōuersa sunt mihi in
meroꝛē ⁊ luctū. Ubi gabriel mihi di-
cēs. Aue gr̄a plena: O m̄ia conuersa
sunt in ve ve. Ubi angeli cantātes in
tua natiuitate. Jam sol ⁊ omnia me-
cum plangunt. Ubi pastoꝛes ad pre-
sepe venientes: vbi reges oꝛiētales te
adoꝛantes. Ecce om̄es te blasphemāt
Ubi gr̄a p trigintatres ānos tua dul-
cis cōuersatio ⁊ iocūda familiaritas:

O q̄ȝ infelix fctā ē mihi ⁊ tibi dies ista Heu me miserā. Ecce iaȝ morieris et nihil mihi dicis: ⁊ q̄d faciā ego sine te filio meo? Quo diuertam? Ad quem ↄfugiā? Tu mihi pat: tu frater. tu mihi blandidus fili⁹ eras. Tu mee diuicie: tu delitie: tu mea gl'ia. O me desolatā que tm̄ filiū in cruce video deficere. O amātissime fili loq̄re matri tue: loquere vt audiā vocē tuā. Non denegas mihi qđ postulo Exaudi me ⁊ verbo tuo ↄsolare: ne deficiā in hac tribulatiōe. O fili mi lumen ocloꝝ meoruȝ ↄdescendisti latroni misericorditer loquēs ei. Acquiesce itaq̄ꝫ voto matris tue. ⁊ dic mihi q̄d factura sim? cui me orphanā reliq̄s? Latroni ꝑadisum ꝓmisisti hodie: ⁊ mihi mr̄i tue mestissime nullā ↄsolatōneȝ tribuis. Judeis pius pro q̄bus orasti et latroni: mihi durus. His vel sil'ibus q̄relis pulsabat tristissima mater aures afflictissi-

mi filij sui: qui nō minorē penā experi-
ebatur in mēte ꝓpter teneritudinē ma
tris: quā sentiebat in corpe a plāta pe
dis vsq3 capitis verticem vulnerato.
Gerson. in ij. tracta. super magnificat
Quid sibi vult q2 vnā suam vnice di
lectā matrē sustulit in ꝯsolabilem. qn̄
de cruce latronē ꝓtinus ꝯsolabat̄. Au
diēte em̄ matre et incōsolabiliter anxi
ante (qm̄ ptrāsierat doloris gladius
aīam eius) Dixit. Amen dico tibi ho
die mecū eris in paradiso. O mitissime
ihu ꝛ vbi erat mater tua Nonne pn̄s
nonne vidisti ꝛ audiuisti lamentantē
nōne cognouisti dolorē ingentem cor
eius ꝛ aīam secātem: Cur nō ꝯsolaris
O vere terribilis in cōsilijs de⁹ sup fi-
lios hoim. Quis h̄ estimasset: Quis
credidisset: Quis sperasset: Assumit̄
ad gl'ie paradisum aīa latronis. ꝛ aīa
matris reliquit̄ ad lamentū. Cui lon
go tp̄e post patet ingressus ad idē filij

regnū. Potuit inuidiā sibi facere glo
rificat⁹ ipe latro: si non fecisset eā cari/
tas vnū cor ꝛ vnā aiām cū eo. Suasit
eadē caritas (querēs que dei sunt) ha
bere vitā in patiētia ꝓter electos dei:
ꝑ se ꝛ ex se docendos de misterijs ſue fi
dei: vt ꝓprios filios q̄s tc̄ sub cruce cū
maximo dolore ꝛ amaritudine genuit
vt ī verbo seq̄nti mistice spūsctō dictā
te declarat. Audi em̄ q̄d dixerit matri
sue taliter lamentanti aliq̄liter conso
lando ꝛ ꝯmendādo eā dilecto discipu
lo iuxta crucē stāti: in q̄ q̄uis xp̄ianus
venit intelligend⁹. vt sup̄ patuit. In/
q̄t em̄. Mlier ecce fili⁹ tuus. Et q̄uis
aliq̄lez ꝯsolatōez in illa cōmendatōne
debuit accipere: fuerunt tn̄ oīa viscera
ei⁹ cōmota. ꝛ si adhuc q̄cq̄ȝ sensibilita-
tis ꝛ viriū in ipa manebat. hoc totuȝ
immerserat amaritudo: ad illaȝ ei⁹ vo
cē qua sic loquēs de cruce valefecit ei.
dans sibi iohēm ꝓ se ꝛ vocādo eā mlr̄e

rem nõ matrez. O q̃ntum lamentũ et q̃ntus flet⁹ in ip̄a tũc inundauit. Dic iosephꝰ ꝙ fletus sub cruce ad sangui/neũ sudorẽ se extẽdebat: ⁊ in ml'tis ṗti bus orb: sanguis d̄ celo fluxit in hora passionis xp̄i. in signuȝ ꝙ sanguis ei⁹ innocẽter effusus req̄reᵭ a nob ⁊ cruci figentiũ manibꝫ Bern̄. An non pl⁹ q̄ꝫ gladius ꝯmo ille: reuera ṗtrãsiẽs aīaȝ suã ⁊ ṗtingẽs vsqꝫ ad diuisionẽ anie ⁊ sp̄ũs. Mulier ecce filius tu⁹. O q̄lis cõmutatio. Quomõ non suaȝ affectu osissimam aīam pertransiuit hec audi tio: qñ ⁊ nostra (licet saxea licȝ ferrea) pectora: sola recordatio scindit. Am/pli⁹ aũt auxit dolorem ꝟginei cordis. cum vrgente dolore ⁊ mortis articulo imminente. audiret filium cuȝ clamo re valido ⁊ lachrimis expirantem. Et ad quodlibet verbuȝ quod post ei⁹ cõ mẽdationem in cruce ṗtulit. cor eius doloris gladius transfixit. videlicet.

Cum ad patrē se clamaret derelictum Cū in indicibili pena sua sitire se dicebat. Et tandē q̄ntum dolorē senserit post expiratiōem in lanceatione fideli anime cōmitto contēplandū. De qua iterū. Bern. Uere tuā mater aīam (o beata) gladius ptrāsiuit. Alioq̄n non tuā pertrāsiens nisi carnē filij tui penitraret. Et q̄dem postq̄ emisit spm̄ tu9 ille ihus: oīm quidē: sed specialiter tu9 ipius plane non attigit aīaz crudelis lācea q̄ ipi (nec mortuo parcēs) cui nocere non possēt. apuit lat9. sed tuā vtiq̄ aīam ptrāsiuit. ipius nimirū aīa iā ibi non erat sed tua plane nequibat auelli. Tuā ḡ ptrāsiuit animā vis doloris. vt plus q̄ martirem merito predicem9 in qua nimirū corporee sensuz passionis. excessit cōpassionis affect9. hec ille. Nescio si in aliquo passionis xp̄i articlo tristissima mater intensiori dolore repleta fuerit. licet in oībus

intensissime doluit q̄ȝ nūc. dū inimico furori. hoīs pena filio viuenti ⁊ morīēti illata minor erat vt etiā mortuū extinctūq̄ȝ corpus: crudelissimo vulnere vsq̄ȝ ad cordis lachrimatiōem dissecarent. Torrens passionis tūc in sola matre fluctuabat: qui prius ⁊ filiū ⁊ matrem pfluebat. ¶ Quintus gladius doloris aīam eius ptransiuit: cū videret filium eius depositū de cruce: qui vitam dat oībꝫ: corā se mortuū: cruētatū: morte pallidū: plagis liuidū: vulneratū: dilaceratū. ⁊ p oēs ptes corpis miserabiliter ⁊ lamētabiliter cōtrectatū. vt in eo esset ꝯpleta ꝓphetia iā sepe recitata ab Esaia. A planta pedis vsq̄ȝ ad verticē nō est in eo sanitas. Quid mentis credimus habuisse virginē: cū videret speciosum forma p̄ filijs hoīm tam crudeliter occisum: vt nō esset in eo spēs neq̄ȝ decor. Cū eīn ioseph ille nobilis ⁊ Nicodemus doctor legis: discipuli dn̄i. li

cet hucusq̃ occl'ti: nũc aũt audacter. ve
nissent ꝓpe crucifixionis locũ (vt dicit
ludolfus) flexis genua flectẽtes adorauerũt
dñm. Et cũ appropinquasset ad crucẽ:
ad cui⁹ pedes iacebat mesta mater an⁹
xia nimiũ de corꝑe ponẽdo a cruce: cũ
maria magdalena ꝛ maria iacobi ꝛ ma
tre filioꝝ zebedei ꝛ iohãne ꝛ ceterꝭ. quã
reuerẽter (lacrimãtibꝰ ocl'is) salutãtes
ab eadẽ etiã decẽter recepti: dixerũt O
mesta mater ꝛ dña: venim⁹ vt filiũ tuũ
ꝛ mgr̃m nr̃m deponam⁹ de cruce. recõ
damusq̃ honorifice in sepulcro. Quo
ipa audiẽs q̃si de morte ꝯsurgẽs: pau
lulũ reuixit spũs ei⁹ Stãs igit᷑ mater
cũ anxietate m̃l'ta brachia extẽdebat vt
dilectũ filiũ tangere posset Et cũ auul
si fuerũt claui de manibꝰ ꝛ pedib⁹. sus/
cepit eũ cũ astãtiũ auxilio int᷑ brachia
sua: stringẽs eũ ad triste pect⁹ suũ. ꝛ ru
ens in ãplexus ꝛ oscula. de dilecto suo
satiari nõ poterat. Corꝑe igit᷑ dñi in

terrā posito adorabat eū. Deinde cū multa caritate dolori ingenti mixta: cō trectabat sua sanctissima membra: caput cū scapulis suscipiēs in gremio et spineā coronā extrahebat ab illo. et osculabatur illud multipliciter pforatū et cruore respsū dicēs. O caput dignū diademate et corona imperiali: q̃ꝫ turpiter coronatum et dire te vidi huc vsq̃ꝫ corona spinea. Inspiciebat liuidā faciē et illā merens osculabatur dicēs O decora facies et speciosa nimis. ex qua p tot ānos tm̄ gaudiū suscepi: quō facta es vt leprosa? Deinde pforatas man⁹ suscipiebat amorose osculās. et lat⁹ tangebat hasta aptū: referēs semp piissima v̈ba cōpatiende querele. Nec puto aliq̃s posset plene inuestigare. q̃liter v̈go depositū de cruce filiū dolenter lamētabatur Magdalena v̈o pedes (apud quos olim tantā gratiam meruerat) tenebat. Alij vero autem circumstant

ꝛ oēs planctū magnū sup̱ eū faciūt. Ui
dētes aūt Joseph ꝛ nicodemus dolorē
mr̄is vehementē nimis: quē ex visu et
ꝯtactu filij mortui habebat: valde ti/
muerūt matrē p̱dere cū filio. ꝛ ido festi
nabāt corpus illud mortuū abscōdere
ab oculis mr̄is: rogādo vt p̱mittat cor
pus dn̄i p̱ungi: ac lintheamībꝫ inuol/
ui: ꝛ sepeliri. Ipsa vero ꝯtendebat di/
cens. Nolite amici mei tam cito filiū
meū auferre mihi: vel me secū sepelite.
Illū adhuc paululū relinquite mihi:
vt faciē ipsius valeā ꝯtemplari. ꝛ inde
aliquantulū ꝯsolari. Illi volebāt eū
tradere sepulture. ꝛ ipsa volebat eū re/
tinere. ꝛ sic erat hec pialis et miserāda
ꝯtentio inter eos. flebat illa lachrimis
irremediabilibꝫ. Ipsius lachrimarū tā
ta vbertas fluebat: vt caro cū spū in la
chrimas resolui putaretur. Rigabat
lachrimis faciē ꝛ extincti filij corpus.
ꝛ p̱fundebat vndiqꝫ plagas eius. lapi

pidem quoq sup quez positū erat cor-
pus adeo lachrymis madebat. vt ad-
huc apparere dicātur. q lapis i ingres
su eccle sancti sepulchri esse memorat
Aspiciebat vulnera corpis ⁊ vultū e⁹
⁊ caput. videbat spinaꝝ pūcturas. de-
pilatōnē barbe. . faciē ex sputis et san-
guine deturpatā. et de aspiciēdo et flen
do nō poterat satiari Quātas igit la-
mētatōes. vlulatus. plāct⁹ ⁊ fletus su-
per idē corp⁹ vnici filij tūc fecerit: verb
explicari non posset. Credēdū tn̄ est q
nullos plāctus irratōables fecerit. qr
dolor ei⁹ ad rōnē supiorē nō ptingebat
Cogita etiā q̄to affectu ille scte mlieres
q sibi sedule ministrātes dū viueret: il
lud sacꝝ corp⁹ nitebātur cōtingere. ⁊ se
maternis fletib⁹ sociare. Sz ille dile-
ctus iohānes expti amorꝫ memoria. ⁊
corpalis aspcūs figura: doloꝝ pariete
pfossus: totū se lamēto sacri corporis
⁊ q̄li poterat refrigerio suspirijs ma-

ternis exhibebat. Magdalena vero pe
des dñi q̃s alia vice lachrimis cõpun
ctionis rigauit: nunc mlto magis vn
dis lachrimarũ cõpassionis largit' la-
uit. Aspiciebat pedes sic vulneratos ꝛ
pforatos: desiccatos ꝛ sanguinolẽtos
ꝛ flebat amarissime: ꝛ pre dolore vide/
batur deficere. Similiter flebãt vehe
menter ꝛ alij. Ac etiã angeli pñtes ibi
Vñ Aug⁹. O q̃s angeloꝝ vl' archan-
geloꝝ illic nõ flesset: vbi cõtra naturaꝫ
auctor nature: immortalis deus: mor
tu⁹ hõ iacebat: videbãt xp̃i corpus sic
male tractatũ ab impijs: sic laceratum
iacere: ꝛ mariã (totã suo cruentatã san
guine) sic amarissime flere: ꝛ nullo mo
do suas lachrimas posse refrenare.
Sicut em̃ possibile fuit deũ p assum-
ptũ hoiem mori: sic possibile fuit ange
los bonos ĩ morte dñi sui dolere. hec
aug⁹ Vñ puto q istoꝝ plongatiõe fle
tuũ ꝛ deuotoꝝ luctaminũ: quib⁹ ma

Meditatio p̄ma diei Sabbati

ter a filij corpe auelli nō poterat: ⁊ q̄b⁹
ip̄a illoꝝ corda eliquabat ī lachrimas
vsq3 ad horā tardā sepultura ꝑtracta
fuit. Hic ꝯtēplare quō duos dolores
in corde pugnauerūt mestissime mr̄is
Prim⁹ fuit quē de morte filij habuit.
Scd̄us q2 si mors illa nō fieret: gen⁹
hūanū saluū a morte scd̄a non esset s3
posterior priorē supabat. Vñ ⁊ ꝯgrue
dicere poterat. Mihi viuere xp̄us est
semper in illo delectari et illo perfrui. In illo clarificatur intellect⁹ et purificatur affectus ad cognoscendā et intelligendā veritatē Et hoc est totū bonū hoīs: noscere et amare creatorē suū Cogita etiā q̄ntum sit gaudiū interesse societati celestis curie. Quāta leticia reginā celi matrē dei cū ceteris v̄ginib⁹ intueri? Quanta exultatio interesse agminib⁹ āgelorum. letari cū patriarchis et ꝓphetis: aptis martirib⁹ et cōfessorib⁹ Cogita deniq; de dotib⁹ corpis tui: q̄bus ipm corp⁹ beatificabit. videlicet de eius immortalitate: impassibilitate summa agilitate et glīosissima speciositate et claritate. Item de dotib⁹ aīe quibus ipsa aīa implebitur iam beata. qui sunt plēitudo sciētie q̄ntum ad vi ratōnalē: repletō iusticie q̄ntū ad vi irascibilē scđ affluētia dilectōs et leticie q̄ntū ad vi ꝯcupibilē Alij alio mō dotes aīe declarāt et in idem redit. Itē de⁹ erit ra

tioni plenitudo lucis: volũtati multitudo pacis: memorie ↄtinuatur eternitas. Cogita ex his dotibus ṗncipalibus q̃ꝫ multa alia magna dona ꝛ ineffabilia ↄ̇sequeris Bern. Merces sanctoꝝ tã magna est q̄ non põt mẽsurari tam mlta q̄ non põt nũerari: tã copiosa q̄ nõ põt finiri. taꝫ p̄ciosa q̄ nõ põt estimari. Tot ergo ꝛ tãta sunt ibi gaudia q̄ oẽs arismetrici hui⁹ mundi non possent ea nũerare: oẽs geometrici nõ possẽt ea mẽsurare. oẽs grãmatici: dyalectici ꝛ rhetorici nõ possent sermonib⁹ explicare q꞉ qđ ocul⁹ non vidit: nec auris audiuit: nec in coꝛ hoĩs ascẽdit p̄parauit deus diligẽtibꝫ se. Gaudebũt ẽ sancti sup̄ se de đi visione Jnfra se đ celi ꝛ aliarũ creaturaꝝ coꝛpaliũ pulcritudĩe. intra se de coꝛpoꝛis ꝛ anime glorificatione. Extra de angeloꝝ ꝛ hominum societate. De⁹ omnes sensus spirituales ineffabili delectatiõe reficiet cũ ipe sit obiectũ oĩm sensuũ spũaliũ.

Erit nāq̄ de⁹ speculū visui: cithara auditui: mel gustui: balsamum olfactui: flos tactui. Ibi sapia salomonis videref stulticia ibi essz deformitas pulcritudo absalonis: ibi eēt tarditas velocitas asabelis ibi debilitas iudicaref fortitudo sampsonis: ibi esset mortalitas longa vita mathuselem: ibi paupertas esset regnū augusti. Jibi (ſm augusti.) nihil obest nihil deest nihil affluit: nihil defluit nihil extra qđ appetatur nihil intra qđ fastidiat. Cū igit ibi sit ꝟa leticia: plena scia oīs pulcritudo ⁊ oīs beatitudo Itm̄ pax pietas bonitas: lux virtus: honestas: gaudia dulcedo vita pennis. glīa. laus. reqes amor. ⁊ ꝯcordia dulcis Que ergo nos angit vesania: vitioꝝ sitire absinthiū hui⁹ mūdi sequi naufragiū: vite labentis pati infortuniū: ipie tirānidis ferre dn̄m. ⁊ nō magꝭ cōsolare ad sanctorū felicitatē: ad angeloꝝ societatē: ad so

lennitatē supne leticie. ꝛ ad iocūditatē
ꝯtēplatiue vite: vt possimꝰ intrare ī po
tētias dn̄i ꝛ videre supabundantes di
uitias illas bonitatis eius. Ibi voca
bimꝰ ꝛ videbimꝰ q̄ȝ dulcis est dn̄s ꝛ q̄ȝ
magna multitudo dulcedinis eiꝰ. Vi
debimꝰ gl'ie decorē. sctōꝝ splendorē ꝛ
regie potestatis honorē. Cognoscemꝰ
p̄ris potētiam: filij sapientiam. sancti
spūs benignissimā clementiā. ꝛ ita ha
bebimꝰ noticiā illiꝰ summe trinitatis
O q̄ȝ btā visio videre deū in seipō vide
re in nob. ꝛ nos in eo felici iocūditate
Hec erit summa felicitas qn̄ intelligi
tur in suo puro esse sincera diuinitas.
tūc ꝯprehendet mō incōprehensibilis
trinitas: patebūt archana diuinitatis
videbit ꝛ amabit deus. Et hec visio ꝛ
delectatio totū hoīem replēs ꝛ sacians
tota erit illiꝰ beatitudīs ꝯsumatō. V
na erit oīm lingua: iubilatio indefessa
vnꝰ affectus: amor释 eternꝰ. Patebit ve

ritas implebit caritas: ꝛ erit integre a
nime ꝛ corpis facietas. Fulgebit sic sol
hũanitas glificata quieta erit ꝛ cõcors
anie ꝛ spũs sanitas. Angeloꝝ ꝛ hoim
vnũ erit gaudiũ: vnũ colloquiũ: vnuz
ↄuiuiũ. Nõ languebit amor. non liq
fiet dilectio: pñtibꝫ oibus bonis. nul-
la erit dilatõis afflictio. qm̃ beatifica
diuine maiestatis pñtia oibus erit oia
Illuc itaqꝫ festinare debemꝰ. vbi sem
per viuemus ꝛ nunqꝫ amplius mori time
amus. Si sic amamꝰ vitã istaz labilẽ
ꝛ caducaz. vbi cũ tanto labore viuimꝰ
multo magis amare debemꝰ vitaz eter-
naz: vbi nullũ laborẽ sustinebimꝰ vbi
summa semper iocũditas. summa felicitas
felix libertas ꝛ felix beatitudo. Ad quã
nos perducat ipse qui essencialiter talis est
beatitudo. Considerandũ. quãqꝫ dies
dñica precedat alias ferias vt merito
etiã eius meditatiões alias precedere de-
berẽt. tñ quia expedit primo meditari pas

Meditatio secūda dieŭ Dñice

sionē dñi q̄ȝ resurrectōem. idcirco p⁹ il
las vltimo posite sunt eius meditatio
nes. Non tñ mltū refert vt etiā prius
tactū est q̄ ordine ponant̄ dūmō medi
tari non omittant̄. Cū etiā cuilibet as
sit libertas se exercitādi in his ſm suū
libitū. Quicūqȝ tñ in p̄missis medita-
tionib᷑ dietī (vt premissum est vel ad
placitū) ex intimo corde se exercet. fru
ctū magnū sentiet (saltē ꝯtinuando) ⁊
facile ꝑ nihilo iudicabit oīa hui⁹ vite
vana ⁊ caduca. Et si non oīa cuilibet
dei ascripta medetur q̄s (q̄ȝ aliqua ꝓ
ter materie pōderositatē satis ꝓlixe ex
tensa sunt) nullaten⁹ tñ transeat q̄n a-
liqua dicta die in vna hebdomada: al
tera in eodeȝ die alteri⁹ hebdomade ꝑ
currat. Sic faciēs minime dubito q̄n
facilime ⁊ celeriter: dī auxilio (qđ per
hoc mereri sperat̄) cōcurrēte. vitā pre-
teritā emēdabit ⁊ reliquū tempus cō-
cessum in penitētia hilarit̄ termīabit.

p quaꝫ ⁊ dei grām in pñti et eternā in
futuro beatitudinem possidebit. Ad
quā nos pducat oīs gratie ⁊ beatitu/
dinis largitor ihūs xp̄us dñs noster
in secula benedictus.

¶ Exhortatio bona ⁊ breuis in festi/
uitatibꝫ sctōꝝ ptractāda aut meditan
da ex ſmonibꝫ dulcꝭ doctoris. Bern.

Circa festiuitatis p̄cipuas q̄li
bet debꝫ se ɔformare eccl'ie ca
tholice formādo meditatōnes
⁊ exercitia de materia festi. In festiui
tatibꝫ tñ sctōꝝ vigilāter ɔsiderare de/
bem⁹ tria que sctūs Bern. docet. vilꝫ
Auxiliū sancti. Exēplū eius. Et nr̄aꝫ
ɔfusionē. Auxiliū. qꝛ q̄ potēs in terra
fuit. potētior est in celis añ faciem dñi
sui. Si em̄ dū hic viueret mixtus est
peccatorib⁹ ⁊ orauit p eis. nūc tāto am
pli⁹ q̄nto verius agnoscit miserias no
stras orat p nob. qꝛ btā illa pr̄ia carita
te ei⁹ nō minuit sꝫ augmentauit Necꝫ

¶ Meditatio in festis sanctoꝝ.

enim qꝛ impassibilis oĩno ꝛ iõ incõpassi
bilis factus est. ſ nũc poti⁹ sibi indu
it viscera mie. cũ añ fontez mie existat.
Est ꝛ alia causa q̃ magis vrget sanctos
vt solliciti sint de nob: qꝛ (iuxta vocez
apli) de⁹ p̄ndet p̄ nob: ne sine nob cõ/
sument in glia. stola videlicet corꝑis.
sicut ait sctũs David. Me expectãt iu
sti donec retribuas mihi. Ut igit̃ cito
in glia ↄsumãtur q̃ntũ ad ↄiunctõem
corꝑis ꝛ aĩe (q̃ summo ↄ̃siderio deside
rant) idcirco solliciti sunt p̄ nob. vt ci
to impleat̃ nũerus electoꝝ. Itẽ frater
na caritas aucta est in eis nõ minuta.
qua in hac vita existẽtes nr̃am deside
rabãt salutẽ. Debem⁹ etiã attẽdere ad
exemplũ ei⁹. qꝛ q̃ꝫdiu in terra visus est
ꝛ cũ hoĩbus ↄuersat⁹ nõ declinauit ad
dexterã neqꝫ ad sinistrã sed viã regina
tenuit. donec vẽiret ad illũ q̃ dic. Ego
sum via vita ꝛ veritas. Intuemini hũili
tatem opm ei⁹. ꝛ nũc videbitis quõ taꝫ

S

xpo q̄ exēplo vixerit inter hoies. q̄lia nob vestigia dereliquerit: vt ambulē9 p ea ꝛ nō errem9 in eis. Vere (iuxta p/ phetā) semita iusti recta est: rect9 callis iusti ad ambulandū. Sꝫ ꝛ diligētiori intuitu cōfusionē nr̄am inspiciamus qꝛ hō ille siīlis nob fuit passibl'. ꝛ ex eo dem luto format9 ex q̄ ꝛ nos. Quid er go ē qꝫ nō solū difficile. sed impossibile credim9: vt faciam9 opa que fecit: vt se quamur vestigia ei9. Confundamur frēs ꝛ ꝯtremiscam9 ad vocē istā. si for/ te hec ꝯfusio adducat nob gl'iaꝫ. vt di cit Sap. Si forte generet gratiaꝫ ti mor iste. Hoies isti fuerūt q̄ precesser̄t nos. q̄ tam mirabiliter p̄cesserūt p vi/ as vite: vt vix eos hoies fuisse creda/ m9. Sic ḡ in festis sctōꝝ ꝛ gaudere et confundi debem9. Gaudere qꝛ patro nos premisim9 Confundi qꝛ eos imi tari nō possum9 aūt poti9 nō volum9. Ita sꝫ gaudiū nr̄m in hac lachrimaꝝ

valle: pane lachrimarū cōdiri debet: vt sempꝫ nō solū extrema: sed et ꝑma gau/ dij: luctus occupet. qꝛ et si mag est gau dioꝝ materia. maior tñ est doloꝝ. De mor fui dei clamat iustus ꝛ delectatus suz. Sꝫ ꝛ statim subiūgit. Defecit spi ritus me⁹: turbat⁹ suz ꝛ nō suz locutus Ex his bñ masticatis: magnū deside/ riū ꝓueniet de memoria sctōꝝ. Vulgo em̄ dr̄. Quod nō videt ocul⁹ coꝛ nō do let. Oculus me⁹ memoria mea. Et co gitare de sanctis: qδam nō est eos videre. Et ad h̄ mł'ū ꝯducit legēda eoꝝ. Vñ multū expediret deuotioni cuiusl ibꝫ q̄ tidie ad minus legere aut maditari in martirilogio vitam occurrentiuz san ctorum (vt omnes religiosi faciunt) ꝛ hoc in hora primarum post primam colllectā ad qδ faciendum etiam nos seculares sacerdotes: estimo: obliga/ mur. Ad quid enim legitur post pri/ maz collectam: preciosa in conspectu

2

dñi mors sanctoꝝ ei⁹: nõ prehabita lec
tione vł memoria eoꝝ. Et cur orat͛ in
collecta seq̃nti. Sctã maria ꝟgo piissi
ma mr̃ cũ istis ⁊ oĩbus sanctis atq̃ ele/
ctis dei orare ⁊ intercedere dignare ⁊c̃
nisi q̄ recitatio vite sctõꝝ eiusdez diei
occurrentiũ p̃cedere debuit Quare ãt
a nob̃ hoc non fit. ascribo negligentie
nr̃e ⁊ supioꝝ. Cũ tñ porcio nr̃a merito
sit ⁊ debebat esse in terra viuentiũ. nec
modica sane porcio. si tñ (vt decet) ta/
lẽ memoriã affectõ (sine qua nihil pfi
cit comitetur. Sit inq̃ cõuersatõ nr̃a
in celis. Verũtamẽ nõ sic nr̃a sicut il/
loꝝ: ipoꝝ em̄ substãtia ibi est: nr̃a aũt
desideriũ: ipi p p̄ñtiaz: nos p memoriã
ibi sum⁹. O qñ ⁊ nos addemur ad pa
tres nr̃os: qñ essencialiter presentabi/
mur eis. Hocem̃ primũ desideriũ qđ
in nob̃ sctõꝝ memoria vł excitat vł ma
gis incitat. vt eoꝝ tã optabili societa/
te fruamur. ⁊ mereamur cõciues fieri.

⁊ cõtubernales esse spirituũ beatorũ. Misceri cetui patriarcharũ: cuneis ꝓphetarũ: senatui apłoꝝ. martirũ exercitibꝫ nũerosis. Cõfessoꝝ collegiis: virginũ choris in oim ↄnique collegi ⁊ collетari cõmunione sctõꝝ. Singłoꝝ qꝫ ppe recordatões q̃i scintille singłe imo q̃i ardẽtissime faces: deuotos accedũt animos: vt eoꝝ ↄspectũ sitiant. ⁊ cõplexũ adeo vt plerũqꝫ etiã interesse se reputẽt mõ ad oẽs simł mõ ad hos vel illos tota auiditate ⁊ vehemẽtia. corda vibrãtes. Nõ mõ tm̃ societas: sed etiã felicitas nobis. optãda est sctõꝝ. vt quoꝝ desideram⁹ presentiã. głiaꝫ q̃ꝫ feruẽtissimis studiis ambiam⁹. Sꝫ sane vt eã nobis spare liceat ⁊ ad tãtaꝫ beatitudinẽ aspirare. summopere nob desiderãda sũt suffragia sctõꝝ. vt qđ possibilitas nr̃a nõ obtinet. eoꝝ nob intercessione donet. Hec nr̃a et eoꝝ coherentia est. vt nos cõgratulemur eis. ⁊ ipsi

cōpatiantur nobis. Nos deuota me/
ditatōe regnemꝰ in eis: ipi in nob̄ ꝛ p
nob̄ militēt pia interuentōe. Nec ē qđ
de eoꝝ pia erga nos solicitudīe dubi/
temꝰ: qn̄quidē (nō ꝯsumandi sine no
bis) expectāt nos: vsq₃ dū tribuat̄ no/
bis: vt vilcȝ in nouissimo die magne
festiuitatis: oīa simł in virū pfectū cū
suo (tā excelso) capite mēbra cōcurrāt
ꝛ laudet̄ cuȝ hereditate sua ihūs xp̄us
dn̄s noster p infinita secula bn̄dictus
Amen. Finis harū fructuosaruȝ
ꝛ salubriū meditationū seu exercitioꝝ.

Prologus in centū meditatō
nes dominice passionis

Amatorie passionis domi
ni nr̄i iesu xp̄i memoriā a
gere. eiusq₃ multip harijs
doloribꝰ vicissitudinaria
ꝯtitudine p suo mō cupi/
ens quis deuotus rn̄dere: sequētes cē
tuȝ meditationū articłos amare moꝝ

Prologus in centū meditatōnes

tis eius vestigia exprimētes. cū subscri
ptis cētenis petitōibꝫ q̄tidianis vicibꝫ
⁊ ex ore depromat: ⁊ cruciformi ac ve/
lut dictāti corde reuoluat: singulari arti
culis versiculū hūc videlicet Aue be-
nigne dn̄e ih̄u seu salutatōez angelicā
(put signatū viderit (subiūgēdo Sb
hac ei forma deuotus quidā crucifixi
dn̄i discipulus: p̄ntem oratōez diuini
tus est edoct⁹. Nā cū nocte quadā cō
pletis matutinis staret corā imagine
crucifixi: seqꝫ p desiderio suo ad dn̄ice
passionis memoriā digne cōpassiōis
sterilē q̄rulosis p̄cordijs deploraret. i
tantū deplorādo (cōpatiēdi desideriū
cupiēs) sterilitatis sue dolor increuit
vt in extasim caderet resupinus. Et ec
ce luxeū (celitus emissa) circumfulsit:
in qua sibi hoc passiōis dominice spe
culuꝫ lucidum: ⁊ harū centū meditatō
nū mēoriale deuotificuꝫ est ostensum

Accepit q̃ꝫ in mãdatis vt om̃i die hos
centũ articulos cũ totidẽ venijs: totidẽ
qꝫ subiũctis petitõibus ore cordeqꝫ de
uote reuolueret. ⁊ in hꝰ se ihesu dño ꝑ se
passo ꝓ suo modulo conformaret. Ab
eo ḡ die ꝑ acceptã huiꝰ meditatorij ex⸗
ercitij grãm. tãto cepit deuotiõis incẽ
dio inflãmari. ⁊ diuini amoris vnctõ
ne pungi. vt in cõuersatõis sue sinceri
tate: in librorꝫ seu scriptorꝫ suorꝫ suaui
tate. in oratõnuꝫ instãtia: ⁊ in totiꝰ vi⸗
te sue elegãtia (tãqꝫ in expolito speclo)
facile fuerit acceptaꝫ grãm speculari.
Et sciendum q̃ post articulos q̃ dñice
passionis memoriã ꝯtinent debꝫ sem
ꝑ subiũgi versiclus. Aue benigne do
mine ihũ xp̃e. Post exprimẽtes ꝓ do
lorẽ virginis gl'iose: salutatio angeli⸗
ca. ⁊ semꝑ cũ genuflexione aut inclina
tione. Orones etiã singule geniculan
do legant. Excepta ea que septuagesi⸗
mũ q̃ntum articuluꝫ seq̃tur. q̃ ꝓstrato

corpe deuoti⁹ est legenda put ibidē videbitur. Et sic erūt centū articuli passionis dñi: centū petitōes plerūqꝫ singulis articulis correspondentes ꝛ centum salutatōnes ¶ Finit prologus 1

¶ Incipiūt centū meditatōes passionis dñi nostri ihu xpi qs qlibet deuotus xpi discipul⁹ qtidie: aut ad minus qlibet hebdomada oꝫ deuota mēte ꝑsoluere: ac seipm̄ in eisdem suo ꝓ se crucifixo humili⁹ q̄ potuerit ꝑ affectū pij amoris spūaliter ꝯformare.

Articulus primus.

Eja dei sapientia dñe ihu xpe ī qualemcūqꝫ vicissitudinē tue bñdictissime passionis meditatō cordis mei repñsentat ꝯspectui tue dulcissime bonitati illā tristiciā dolorosam cui⁹ vehemētia post desideratā illā cenā nouissimā in monte oliueti p̄ anxietate ꝛ angustia tui cordis: corp⁹ tuū sctissimū sudorē sanguineuz suda

uit tāq̄ȝ sanguis stillicidia stillatia su
p terrā ¶ Versiculus salutatōis.
Aue bēignissime dn̄e ih̄u xp̄e gr̄a ple/
nus mīscdia tecuȝ bn̄dicta passio vul
nera ꝛ mors tua ꝛ bn̄dict⁹ sanguis vul
nerū tuoꝝ Amē. Articl'us II ¶ Re
p̄sentat ꝛ tibi bone ih̄u cogitatio mea
illā iniuriā furiosaȝ cui⁹ violētia tra/
dit⁹ es fallaciter capt⁹ feraliter: duris
funib⁹ ligatus crudeliter: ꝛ inuidialiť
es deduct⁹. Salutatio ¶ Aue beni
gnissime dn̄e ih̄u xp̄e gr̄a plen⁹ vt sup̄
Articl'us III ¶ Representat itē tibi
benigne iesu mēoria mea illā crudeleȝ
alapatiōȝ corā anna ministro acceptā
ꝛ ꝯsequēter illud iudiciū imo p̄iudici
um facinorosuȝ: cui⁹ inuidentia corā
cayphá ab inuidissimis canib⁹ p̄caciť
obiurgat⁹ a falsissimis testib⁹ menda/
citer accusat⁹ mortis sentētia es crude
liter cōdemnat⁹ Salutatio ¶ Aue
benigne dn̄e ꝛc̄ IIII Articul⁹ ¶ Re

presentat item tibi pie ihū recordatio
mea illō opprobriū maliciosuz cui⁹ in-
solētia nocte illa ptāti tenebrarū accō
modatus: velatis tuis pulcerrimis o
culis inuidorū irrisorijs vocibꝫ: gesti-
bus ⁊ pcussiōibꝫ bestialiter es illusus
facies tua grāꝝ plenissima rabidoruz
canū putēti sputamīe ꝯtētibiliter fede
facta. ⁊ corp⁹ tuū tenerū viliter ē tracta
tū. Salutatio. Aue benig. ⁊c. V
Articlus Repsentāt tibi clemētis-
sime ihū oīa interiora mea illū tuū vir
ginee genitricꝭ intuitū luctuosuz cui⁹
materna cōpatiētia ⁊ pietate ꝯdolētis
pectoris lugubriter te aspexit. Aue
benig. ⁊c. Dn̄e exaudi orōnem meam
Etcla. Oratio.

Mea vnica singularisqꝫ fi
ducia piissime iesu xpe bo-
nitati tue mēoriā harū pas
sionuz hodie represento: vt
in omni tribulatione et an

Ihesus Maria fratris

angustia paterna mihi pietate succur/
ras. A pctõꝝ meorum vinclis me ab
soluas Ab occultis delictis ꝛ manife
stis vitioꝝ scãdalis me custodias. Ab
insidiosis dyaboli suggestionibꝰ: cũ/
ctisqꝫ criminosis occasiõibꝫ me liberes
ꝛ defendas Et tuis matrisqꝫ doloribꝫ
intima pij amoris affectiõe me facias
ꝯdolere. pijssime dñe ihu xpe q̃ cũ deo
pře ꝛ spũsctõ vnus es deꝰ omps in se/
cula benedictus. Amẽ. ¶ VI. Articu.

2 O Ja veritas eterna pie dñe ihu
xpe mea tibi nũc offert memo
ria ꝯfusionẽ illã ꝯtumeliosaꝫ
q̃ fuit btã aĩa tua: tũc suffusa: dũ pila/
to opprobriosissime p̃sentatus: falcissi
me accusatꝰ ꝛ ignominosissime mori
sine pprio demerito iniustissime fuisti
acclamatꝰ. Salutatio ¶ Aue beni
gne ihu xpe: grã plenꝰ: miscđia tecũ: be
nedicta passio vulnera ꝛ mors tua. et
bñdictꝰ sanguis vulnerũ tuoꝝ Amen

VII Articul⁹ ¶ Offert item tibi bone iesu cor meũ derisionẽ illã oppro briosam q̃ a pilato ad herodẽ missus et in veste alba p fatuo d̃risus fuisti Aue
VIII Articlus ¶ Offert et tibi beni gne iesu aĩa mea liuionẽ illã vulnero sam q̃ (p⁹ multã obiurgatõez) corpus tuũ pulcerrimũ flagellor verberibus liuidũ. ꝓberũ vulneribꝫ laceratũ mira biliter intumuit. Aue benigne dñe etc
IX Articlus ¶ Offert itẽ tibi dulcis iesu mẽs mea coronatiõem illaz spino sam q̃ (p⁹ dirã flagellatõem) capite tuo regio spinis acutissimis pforato: tua serena facies et amabilis cruorẽ imma duit. Aue benig. X Articlus ¶ Offert et tibi clementissime ihu spirit⁹ me⁹ illaz tuã ꝯdẽnatõez ignominiosã cui⁹ impietate neq̃ssima (post multam altercatõem) ad mortẽ sentẽciat⁹. ꝓpri/ is hũeris crucẽ baiulãs ad locũ cruci fixionis es deduct⁹. ĩpie et furibũde ex

itus ⁊ tuis vestib⁹ atrociter spoliatus
vbi nō sine magna acerbitate vulnera
tui corpis in nouata fuerūt ¶ Salu
tatio Aue benig. Dñe exaudi oroez
meam Et cla. Rem⁹ Oratio.

O Spes et ɔsolatio mei cordis
o piissime ihu xpe p horribilem
tue crucifixionis sniam suppli
citer te ex oro: vt in hora mortis mee mi
te iudiciū mecū agas Doce me hono⁹
res mūdi cōtemnere ⁊ tibi fideliter pru⁹
denterqz suire. Peccatoꝝ meoꝝ vulne
ra tuis me dñe doceas cōsolidare vul⁹
neribꝰ Nō me ihu bone in tēptatōnis
tpe derelinqs: q mei causa caput tuuz
sacerrimū tot spinaꝝ pūctionibꝰ obie
cisti. Da mihi dñe doloꝝ tuoꝝ amato
ria sp memoria recordari. ⁊ p meo mo
dulo cruciformē vicē tue reddere passi
oni: ⁊ me ṽtutibꝰ mūdum: tua caritate
tegas: piissime ihu xpe q cū pre ⁊ spūsā
cto viuis ⁊ regnas ds in scla glios⁹ Ar. XI

4

O Amator hoīm benignissime ihu xpe cū denutat⁹ ad crucez piectus fuisses. sinistra tua fu it cruci crudeliter acclauata. Aue be nigne iesu rc. XII ¶ Dextera tua fu it equo clauo ferreo seueriter pforata. Aue benig. XIII ¶ Brachiū tuū si/ nistrū fuit bone ihu extensione nimia ɔquassatuz. Aue benig. rc. XIIII Dextrū brachiū tuū fuit ɔtractōe ni/ mia tabefactū. Aue benign. XV Tam miserabiliter tāq₃ penaliter ihu pijssime extensus pepēdisti vt sola aspe ctu ad amantina pectora in tui cōpas/ sione mollescere potuissent ¶ Aue be.

Dñe exaudi oɼoem Oratio

O Misicordie inscrutabilis al titudo iesu bone p tue te obse cro amaritudinem horrifice crucifixionis: vt nec in prosperitatib⁹ tui⁹ me sinas aliqtenus obliuisci. nec in aduersitatibus a te me patiaris

vllatenus separi. O pto dñe totū cor/
pis ⁊ aie mee posse: cruci tue insepabi/
liter affigere. Et oēs affectiões meas ī
te amoris anchora q̇etare. Fac me pie
iesu impotentē malas meas ꝯcupiscē
cias exequēdi. Fortē ꝟo ac vegetatū
ꝑficiendi cogitatꝰ meos in tuos ama
rissimos cruciatus: aduersus potētiā
molientiū separe me a te meo diuinis/
simo salutari in secl'a bñdicto Amen

Matorꝯstan. Arti. XVI

[N]otissime dulcis iesu sub eadem
crucifixionis hora fuit pes tu
us sinister clauo ferreo dolēter ꝑfossꝰ.
Aue benig. XVII Sed et pes de
xter fuit eque duro vulnere ꝑforatus.
Aue benig. XVIII Omnia mēbra
tua dñe violentata sunt crucis stipiti
immobiliter adherere. Aue benig.
XIX Graue lassi corpis tui pondꝰ
mēbra tua pulcerria sua pendulitate ī
miū dissecuit ⁊ ꝯtriuit vulnera ampli

[Q]ando penaliter exacerbauit: ꝛ neruos tuos nimia distentõe dirupit. Aue ꝛc̃
XX [T]otũ corp⁹ tuũ veneranda specie grossum riuuli sanguis ex vulneribus decurrentis vermiculariter ihu piissime liniebant. Aue Dñe exau.
Abisse pietatis eter. Colle.
[O] O ne bẽignissime ihu xpe te nũc depcor toto desiderio cordis mei: vt ꝛ in bonis ꝛ in mal; in pspetis ꝛ aduersus ꝯtus sp inueniar ꝛ gr̃as agẽs tibi meo fidelissimo redẽptori Ut potẽs sim cogitatões meas vanissime sepi⁹ dissipatas ꝑesq; singulas cordis mei in meditatõe tue bñdictissime passionis ꝯpuctorie adunare ꝛ crucifor miter occupare. Et vt nullũ sit corpis mei mẽbrorũ qd nõ aliq ex pte passioni tue sensibiliter ꝯformet. Cõcede q̃q; mihi queso ihu bone vt i laude tua: tuoq; diuinissimo famulatu nunq̃ mihi tediũ subreptat: sȝ in hoc mihi pax

et requies summa ꝯsistat Da mihi dño
mie delectabilē appetitū in tuis sacris
sanguinolētis vulneribꝫ demorandi:
vbi in oīmi tribulatiōe ꝛ tedio cordis
mei recreatōem recipiā salutarē. Qui
cū p̄re ꝛ spū sctō vnꝰes deus in secl'a be
nedictus Amen Arti. XXI
5 Amantissime ihū mēoria meo
amor suꝫ ꝛ tabescit ī me anima
mea dū singl'os tui corpis sen
sus: singl'is doloribꝫ obstupuisse recor
dor: pendēte siq̄dem te in ligno crucis
obtenebrati euersiq꜄ sunt ocl'i tui car/
bunculis clariores Aue be. XXII
Aures tue sanctissime insultatiōibus
ꝛ improperijs sunt replete Aue be.
xxiij. ¶ Odoratus tuꝰ nobilissimꝰ pu/
torem fetentissimū respirauit. Aue
benig xxIIII ¶ Gustū tuū naturalis
simū amarū fel cibauit: felleū potauit
acetū Aue be. xxv ¶ Totū corpꝰ
tuū tactus nobilitate mollissimū dir

verberibus est affectũ. ¶ Aue benig.
Domine exaudi. Oratio.
O Bone ihesu per horũ memoriã cruciatuũ te deprecor pie ihesu vt auertas oculos meos ne videre gestiãt vanitatẽ. Sepi aures meas spinis timoris tui: ne audire cupiãt linguã neq3 verba vana maledicta seu detractoria pferentem. Odorum illecebrã et inordinatũ carnaliũ suauitatũ in me extingue penitus appetitũ. Fac me quoq3 domine de oblectamẽtis ciborum et potuũ nõ curare. Sed da mihi obedientem et humilẽ in tuo sancto seruitio volũtatem vt mea ppria volũtate sub tua sanctissima volũtate hũiliata: dignus habear tuorum annũerari deuotorum collegio famulorum: etiam et in hac vita tibi humiliter seruientium: et in aula glorie eternaliter benedicentium et laudantiũ te deum in secula gloriosum Amen

6 h Heu iesu amabil' ⁊ benigne in hora illa crucipendētie tue caput tuū venerādissimū fuit ī/mititer inclinatū ac ꝓpria mole miserādissime pendulū ac penose Aue be. XXVII Collū tuū pulcerrimū ꝑe/sum: fuit mole pēduli capitis incuruatū. Aue benig. XXVIII Pre/clara facies tua fuit sputo ⁊ sanguie ꝺlibuta. Aue be. XXIX Color cu/tis tue optim⁹ ⁊ seren⁹ doloris ⁊ tristi/cie nubilo obscurat⁹ ⁊ cinereus est effectus Aue be. XXX Spēs tua ⁊ forma p̄ filijs hoīm speciosa īmutata est: ⁊ visus es nō hn̄s spēm neqꝫ deco/rē. Aue benig. Dn̄e ex. Orō

o O Clemētissime dn̄e iesu xp̄e fac me q̄so ꝟtute tue bn̄dictissime passionis ob deletōnez meorū peccaminū corꝑalib⁹ pēalitatib⁹ assue/cere. ⁊ ob tue crucifixionis reuerētiā ipsas amare. Da ⁊ mihi dn̄e prauorum

mores z insolētias patiēter et hūiliter tolerare. Cōtempt⁹ z ɔtumelias ꝑ tui noīs glīa nō metuere. sed poti⁹ affectare. Oēs animi mei amaritudines z tristicias in tue pietatis dulcedīe dulcorare. Et carnales ɔcupiscētias z oēs in me corꝑales illecebras ob tui amorē mortificare: q̄ mei grā mortē crucis subire minime dubitasti bn̄dictissime dn̄e ihu xp̄e de⁹ verus: laudabilꝭ: gloriosus z superexaltatus in scl'a scl'oꝝ. amē

O Indefesse fidi firma XXX mentū z toti⁹ specl'm sanctitatis beatissime ihu xp̄e in hora illa tribulatōis z angustie fuisti mei cā ab oībus hoībus derelict⁹. Aue be. XXXII Amici tui a te timore pterriti diffugerūt. Aue be. xxxiij. Nudus pie ihu in patibulo cruc' pepēdisti oīm vestimētoꝝ honestate enormiter expoliat⁹ Aue be. xxxiiij Omnipotēs virt⁹ tua dn̄e ibi nulli potens

videbatur. Aue be. xxxv. ¶ In
honestissime te iesu pijssime tractaue
rũt. ꝛ tu eorũ crudelia ludibria silenti
mansuetudine ꝓtulisti Aue benig.
Dñe exaudi. Et cla. Collecta

Cia venerandũ cũctaꝝ exẽplar
ꝯstitutuȝ sanctissime ihu xpe ab
omi dãnosa et ꝑiculosa hoim
dilectiõe me spolia. Ab inordinata a
micoꝝ affectiõe me libera. Ab omi su
ꝑuacua occupatõe denuda me penitꝰ
ꝛ expurga. Da mihi dei virtꝰ ꝛ dei sapi
entia ihu bone ꝯ oẽs spũales neq̃tias
virtutẽ animi ꝛ sapientiã intellectus.
Et dũ ꝯstiterit aduersuȝ me impfecto
rũ hoim impudẽtia: da mãsuedinẽ ta
citurnã ob tue reuerentiã passionis et
amaritudinẽ dire mortis. q̃ mihi ꝑ iu
gem meditatõeȝ in corde ineradicabi
liter sit plãtata: in ore ꝑ frequentẽ ora
tõem infatigabiliter recitata: et ĩ toto
corpe ꝑ sctãm oꝑatõeȝ indelibiliter fi

Centũ meditationes passionis xpi

gurata Amen. Articl'us xxxvi

Heu iesu piissime floridũ corpus 8
tuũ in stipite cruc; pendẽs pre
cruciatib9 nimiis marcescebat
xxxvii Dorsuz tuũ tormẽtis lassuz
duro crucis reclinatorio incũbebat.
Aue be. xxxviii Corp9 tuũ sacerri/
mũ penosa lassitudine põderosuz pen
dulitate nimia ad ima ꝓgebat. Aue
be. xxxix. Carnẽ tuam dulcissimã
vuln9 innũeꝝ nimiũ dolorose ledebat
Aue be. xl. Hec om̃ia pie ihu cor
tuũ diuis caritate plenissimũ amaris/
sime pferebat: vt sic tu9 nob innotesce
ret amori immẽsus Aue be Dñe ex.

Increata sapia iesu Dĩo.
O xpe tu9 in cruce pẽdens p̃ cru/
ciatu nimio torpẽs marcor: sit
mihi obsecro in tua gr̃a florens viror
Tua immitis ad crucis stipite; corpa
lis reclinatõ: sit mihi ĩ te spũalis q̃eta
tio. Tuiq; põderosi corpis declinatio

dolorosa: sit mihi in virtutū apicē exal
tatio gaudiosa: Carnis tue vulnera ꝛ
dolores: pctōꝝ in me sanent vlcera et
oēs aīe mee ledēt merores Cor q̄ȝ tuū
amātissimū: meū ihu bone diuino iex
tinguibili accēdat amore flāmescente
in vitā eternā amen Articu. XLI
P Jissime ihu christe cruci te af
fixo iproperiū iudeis fuit vi
ta tua innocēs ꝛ btā. Aue be.
XLII Gestus dn̄e subsannatorios
ꝯfinxerūt. ꝛ verba despectoria in tui cō
tumeliā deꝑmpserūt Aue be. xliij
In lapideis cordib⁹ iudeoꝝ fuisti ie
su piyssime ꝑ nihilo reputatus Aue.
XLIIII In omi tua pēali angustia
ꝯstans ꝛ solidus ꝯstitisti. Aue beni
XLV Pro tuis dulcis ihu crucifi
xorib⁹ p̄rem amāter orasti. Aue beni
gnissime. Dn̄e exaudi Orō
O O ce benignissime ihu me in
dignū famulū tuū pro amore

tuo malicias puo℞ ꝛ in ppia libenti a
nimo tolerare. acta derisoria ꝛ verba
despectatoria placato corde pferre Et
abiectões ꝛ oia mūdi vilipēdia ob tui
caritatē minime formidare. Da mihi
pie iesu ꝯ oēs malo℞ insult⁹ ꝛ puocan
tes aduersitates spm̄ mãsuetudis et cō
stãtie in cōcusse hre. Meosq̄ aduersa
rios hūili dilectione apud te excusare
me doce. q̄ tuos letales inimicos apd̄
prem caritatiuo eulogio excusasti. dul
cis ꝛ hūilis ihu xpe q̄ cū eodē pre ꝛ spū
sctō vn⁹es ds i scl'a bn̄dict⁹ Ar xlvi

Ja agn⁹ innocēs clementissi/ 1
me ihu xpe reo sil'is apparuisti
dū inter sceleratos cruciformi
ter pependisti. Aue xlvij. A sini
stro tibi maliciose iproperāte latrone
iniuste blasphemat⁹ fuisti. Aue be.
xlviij A dextro aūt penitēte latrone
excusatus veraciter et exorat⁹ hūilit r
extitisti. Aue be. xlix Tu ꝓ o pi.

ssime ihu oia illi crimina remisisti. Aue be. L Tu illi paradisi ianuam misicorditer apuisti Aue beni. Dñe exaudi Et cla. Oratio

O Inexhauribilis bonoꝝ hoiꝫ largitudo diuitissime ihu christe hodie morteꝫ tuã innocentẽ ꝑ mea nocẽtissima vita piis celestis pris ꝯspectibꝫ representa. Noli me obsecro dñe ob mea mlta ꝛ grandia crimina ꝯdẽpnare Clamo ad te pccor penitẽs. cũ latrone deuotissime penitente. Memẽto mei dñe in regno tuo. Oia itaqꝫ mihi pie ihu peccata dimitte. Et tuã celestẽ aperi ꝑadisum: vbi te beati oẽs laudãt ꝛ glificant in eternũ Amẽ.

Largitatẽ cordis Ar. li.

O tui dñe dũ in cruce pendẽs solus tue dulcissime matris cor mestissimũ cognoscebas Aue benig liꝗ. Tristissima eiꝰ aia ꝛ gestus nimium lugubũdi: tuũ tibi dñe martiriuꝫ

duplicabãt. Aue be. liij. Uer/
ba illi⁹ qrula ꝛ miserãdissimi lamẽtat⁹
cortuũ tenerrimũ dissecabãt. Aue.
lxiiij ¶ Uex in hora necessitat; extre
me ꝛ sepatõis intolerande ꝯsolatorẽ ei
dilectũ discipl'm tradidisti ꝟginez vir
gini sub mr̃na fide ꝯmẽdãs Aue be.
lv. ¶ Uicissim q̃z' discipl'm virginem
mr̃i ꝟgini sub filiali fide sil'r ꝯmẽdasti.
Aue be Dñe exaudi Coll'.

O Dulcissime ihũ ꝑ me letalit' cru
cifixe ꝯmẽda me hodie ꝯstãtissi
me fidi ꝛ securissie custodie pijssie tue
mr̃is ꝟ ꝛ illi⁹ discipuli tui predilecti
q̃s vtrosq; in cruce pendẽs ob ꝓroga
tiuã castiõnie corpis ꝛ aĩe singl'arẽ tan
q̃ matrẽ ꝛ filiũ indissolubiliter ꝯfede/
rasti. Ut tui cõmissiõe me ꝛ in hac vi/
ta hij fideles cõmissarij tueant' ꝛ in ho
ra mortꝭ mee tibi suis ꝓcibus me recõ
ciliẽt. Et ad vitã eternã perducãt amẽ
Articlus lvi. De btã ꝟgine

Ihus maria

O Dctoꝝ venerãdissima ɔsola/
trix: angeloꝝ gl'osissima ipa/
trix filij dei sanctissima genitx
ꝟgo maria: memoriã illi⁹ miserãdi do
loris ⁊ tristicie cordis tui q̇bus passa
es ex p̄mo ɔtuitu dulcis filij tui inter
latrones in cruce pẽdentis aïa mea ti
bi hodie solẽnisat. Aue maria gratia
plena dñs tecũ bñdicta tu in mulieri/
bus ⁊ bñdict⁹ fruct⁹ ventris tui iesus
xp̄us Amen. LVII Heu mater
ꝟginea nõ illi succurrere potuisti. q̄n
nimo symeonis gladiũ tuã maternaȝ
aïam oportuit ptrãsire Aue maria.
LVIII Dulcissimi filij tui crucifor
me martiriũ ⁊ amarissim⁹ cruciat⁹ fu/
it tibi o ꝟgo btã penosuȝ spectaculũ ⁊
speculuȝ dolorosum. Aue maria
LIX O ꝟgo amabil' mater casta ip/
sum tuũ dilectũ filiũ lugubri lamẽtati
one planxisti. Aue maria. lx.
Uicissim ipse tuus dilectissim⁹ fili⁹ te

Centum meditatões passionis xpi·

mrez venerãdissimã dulciter ↄsolaba tur. Aue maria lxi. ¶ Mod⁹ su⁹ emoriẽs ⁊ loquela deficiẽs tuã mestã aĩam doloris vulnere pforauit Aue maria lxij ¶ Verba tua dolorosa ⁊ gestus tui corpis plãctuosi corda saxea poterãt emollire Aue ma. lxiij Materne man⁹ ⁊ vginalia brachia p cordis amaritudine qescere non vale bãt Aue ma. lxiiij ¶ Tuũ o vgo tenellũ ⁊ imbecille corpusculũ pre do lore nimio deficere cogebat ⁊ deorsum vergere resupinũ Aue maria lxv Postqȝ vero cõualuisti oscula defluentis sanguinis: filiali ꝓsolatio accepisti. Aue maria. Dñe exau. Oro.

Ja mater miscdie virgo incõpabilis puritatis in vita pñti maternaliter me gubnã ⁊ in hora mortis misericorditer me tuere: Hec est ei (o dña veneranda) hora metuendissima ob cui⁹ seueritatẽ tibi cu-

pio oībus diebus vite mee fidele ser/
uitiū exhibere Hora inq̄ terribil' est il
la ꝛ horrēda in qua vniūsa corda mor
taliū tremūt. ꝛ oīs conscientia expaue
scit. Instante illo siq̄dem momēto ter
rifico q̄ mea peccatrix aīa est a suo mi/
sello corpusc'lo egressura īfelix ego ho
muncio ad quē me tūc vertā auxilij ꝯso
latiōisq̄ obtētu p̄rsus ignoro: nisi ad
te o mater mi̾icordiarū. Eya ḡ inun
dās diflue misc̄die torrēs pia mr̄ ex in
timo cordis suspirio ad pedū tuoꝝ ve
stigia me p̄sterno: tuā mi̾icordē dul/
cedinez suppliciter exorando: vt in illa
letali horula: tua letāti p̄ntia p̄frui di/
gnꝰ fiam. q̄d eī is timere q̄d illi nocere
poterit virgo mater p̄ quo tu interce/
dere. quē tue familie ānotare dignar'.
O mea igit' singl'aris ꝯsolatio clemēs
regina: p̄ me desolato interueni ꝛ tue
familie ascribere dignare: vt sic in peri
clitātis mei succursuz benigniter tūc

festines Et ꝯ laruales demonū facies
me ꝯsignes. A malignoꝝ hostiū māi/
b⁹ me defenses Corꝑterritū dulci ꝯso
latõe ꝯfortes Et miẜabiles meos ge/
mit⁹ clemēẜ auscľtes. Tūc mihi o dña
man⁹ tue largissime miẜicorditer extē
danẜ. Tūc mea miẜa aīa a te benigne
suscepta sūmo iudici regi nr̃o vultu tu
o roseo p̄sentetẜ Et eterna in celo btitu
dīe muneretẜ. vbi dilecti filij tui dñi no
stri ihu xp̄i gl̃iosaꝫ facieꝫ diitatis ꝛ tue
excellētissime gl̃iam dignitatis videre
valeat in eternū Amen Arti. lxvi.

PApe ihu dulcissime pr̃ne dile/
ctõnis vnice filij ī quo sibi de
us pr̃ bñ cõplacuisse testat⁹ est
cur te ipius paterna dilectõ in tā ama
ra necessitatꝫ articulo foris tā extranee
dereliquit. ꝛ inferiorib⁹ anime tue vi/
ribus: patientiqꝫ nature internam so
lite consolatõnis subtraxit dulcedinē
ac celestis roris profluuiū desiccauit.

Aue beni. lxvij Heu dñe etiã hu
ius rei causa ad eũ voce mag̃ hely inge
minãs mirabiliter clamasti. Aue b.
lxviij. Uerũtamẽ tua volũtas hũli
ma ↄformis fuit p oĩa illius gr̃tissime
volũtati. Aue be. lxix Heu dñe
pre siccitate nimia etiã tũc corpaliter
sitiebas Aue be. lxx Uerũ te amor
eximius salutis nr̃e pamplius fecerat, spi
ritualiter sitibundũ. Aue be. Dñe.

Meditator fidelissi Orató

O me dñe ihu xp̃e q̃ pprio sangui
ne pacẽ nob cũ p̃re fecisti: eadẽ
queso fidei ↄstantia in oĩbus tribula
tiõbus meis mihi liberaliter digneris
adesse p̃nas aures meis precibꝰ ꝛ cla
moribus apire. Uolũtatẽ meã tue sã
ctissime voluntati in oĩbus cõforma
re. Terrenoꝝ in me dñe molestã sitiꝫ
prorsus extingue. spũaliũ donorũ me
fac obsecro mẽtaliter sitientẽ. Da mi/
bi bone ihu vitã oculis tue maiestatis

acceptam: mortem pacatam & finem tue fruitionis securū Amen. ¶ Av. lxxi. 13
Ja ihū pijssime dū in cruce pē dens pre ariditate nimiū cruciati pectoris sitio ptulisses. aceto felle mixto te in hūaniter potauerūt Aue be. lxxij. P⁹quā autē ɔpleta erāt in te oīa q̄ de te dn̄e scp̄ta fuerant & caritas dilectōnis electorū ab eterno tuorū pia victoria triumphasset dixisti Cōsumatū est ¶ Aue lxxiij. O qin effabil' dilectio caritatꝭ que filij dei cor magnificū nr̄i occasione amoris incē dio torruisti & p nob eūdē filiū obdientē fecisti prī vsq ad mortē: mortē āt crucꝭ ɔtētibilē & horrendā. ¶ Aue be. lxxiiij ¶ Tūc qr nō erat in q̄ diuinissima tua caritas potuissꝫ sublimi⁹ pmoueri: inclinato spinolēto capite in man⁹ prīs spm̄ tuū ɔmēdasti. Aue. lxxv Vox aūt tua aīa gl'iosa a tuo sacratissimo corpe se mortalit' sepabat. Aue.

Hic fiat pstratio z dicat Adoram⁹ te xpe z bñdicim⁹ tibi. qz p sctã m crucez z morte tuaz redemisti mundũ. Qui passus z mortu⁹ es p nob. miserere nob Pr nr. Aue maria z iterũ Adoram⁹ te xpe vt ṗus. Que oĩa dicen feriã cuz orone: toto corpe sup terram pstrato.
¶ Domine exaudi orationez. Et cla/ mor meus. Oratio.

Exemplar p̃clarissimũ pfecti a/ moris stabil' fidi z gtissime bo nitatis clemẽtissime ihu xpe il lud tuũ queso amaritudis po culũ qd in cruce gustasti oim i me spi/ ritui repugnãtiũ amaritudies passio nũ: virtutũ trãquillitate dulcoret. Da dñe vt in sensu recto z bonis actib⁹ vs qz ad mortẽ stabilis pseuerẽz a tue obe dientie semita nunq̃ discedã. In ma/ nus tuas pie ihu spiritũ meũ cõmẽdo vt p⁹ hanc vitã a te letanter suscipi me

reatur. Amarā mortē tuā dn̄e pio pr̄is tui ꝯspectui represento ꝑ peccatis me is dignissimū placamentū. Infinitū meritū tuū ihu bone meas p̄cor exigu as opiunculas ipaterne maiestati tā acceptabiles faciat ⁊ acceptas. vt in ip so diuorcio corpis ⁊ aīe mee: ita mihi reatꝰ oīs. ⁊ om̄e debitū dimittat. q̄ (in/ star dīlectissimoꝝ tuoꝝ) a morte ad vi tam trāseam sine mora. Amen.

Articlus. lxxvi.

O Piarū flebile spectaclm aīarū dn̄e ihu crucifixe memento q̄ mō te mortuo in cruce pēden te: vnꝰ militū acuta lancea latꝰ tuū sa/ cratissimū pforauit. Aue be. lxxvii. 14

¶ Reminiscere quomodo continuo ex vulnere illo sanguis recentissimus emanauit. ¶ Aue benignis. lxxviii.

¶ Recordare quomodo et ex eodem vulnere aqua verissima distillauit.

Aue be. lxxix. ¶ Heu ihu bone corpus tuū diuinissimū pepēditi ī cruce rigore mortꝭ stupidū penetrabili frigore aspatū. Aue. lxxx. ¶ Eya mi dn̄e q̄nte tibi amaritudinis cā fui: q̄m magnifico p̄cio me emisti. ⁊ q̄ꝫ durꝭ laborib⁹ redemisti Aue be. Dn̄e ex. Oro

Habilis ihu in tuis q̄so p̄fūdis vulnerib⁹ oībus inimicis meis abscōdar. Preciosi sanguis tui rubor misellā aīaꝫ meā grē ac ꝟtutū decoret ornatu. Aq̄ mūdissima laterꝭ tui dn̄e meā sordidā ꝯsciaꝫ a cūctis maclis diluat ⁊ emūdet. Rigiditas ⁊ ꝯgelatō tui corpis p̄ciosi in tuo me ihesu bone amore stabiliat tibi me dulci·glutino caritatꝭ adanchoret. et a te me nunq̄ꝫ sepati pmittat. Care emptōis q̄ me emisti: p̄ciosū clenodiū qđ p mea redēptōne dedisti. nūq̄ꝫ me sinas dn̄e obliuisci. Dur⁹ labor quē mei cā ihu p̄ijssime ptulisti: suaui me foueat

refrigerio caritatꝫ q̃ nescit laborẽ. Et
qꝛ tibi dñe tãtoꝝ extiti cã laboꝝ obse
cro vt dulci amoris vnione tibi me fa
cias adherere: vt vn⁹ tecũ efficiar spi/
ritus ineternũ Amẽ. Arti. lxxxi.

hEu mr̄ mie errantiũ port⁹ ꝛ iu
stoꝝ speculũ deiforme. ihu gẽi
trix bñdicta: sub cruce te stãte
ꝛ filio tuo dulcissimo mortuo in ea pẽ
dente q̃ntus te tũc ꝟgo pijssima aĩ do
lor oppsserat: q̃tiens in hora illa gemi
tuoꝝ ꝯtuitibꝫ in dilectũ tuũ mortaliꝰ
pẽdulũ suspexisti. Aue ma. lxxxij
Quã mr̄nalit̃ tunc illa ei⁹ stupida mẽ/
bra: q̃ꝫ molliter tabefacta brachia a te
fuere ꝺ cruce suscepta. Aue ma lxxxiij
Quã fida dilectõe tũc ei⁹ recẽtia vulne
ra ꝛ sanguinolentũ corp⁹ ad tuã fuere
roseã faciẽ aplicata. Aue ma lxxxiiij
Quotiẽs pia ꝟgo gene eius pallide ꝛ
mẽbra cinerea a te fuere dulcit̃ osclata
Aue ma. lxxxv. Quot tũc o mat̃

pium tristissima coꝛ tuū fuit doloꝛū
vulneribꝰ sauciatum. Aue ma.
lxxxvi. ¶ Quot ex altis pꝛecoꝛdijs ge/
mebūda suspiꝛia mater castissima emi
sisti. Aue maria lxxxvij. ¶ Quan
tū amarū lachꝛimarū imbꝛē o celi re
gina pluisti. Aue maria lxxxviij. ¶
Materne miserationis tue verba fue
runt o virgo dulcissima nimiū plan-
ctuosa Aue mari. lxxxix. ¶ Mo
dus tuus quondā delectabilis ama/
bilis ꝛ gratiosus: fuit tunc miserabil'
flebilis ꝛ doloꝛosus. Aue maria
xc. ¶ Coꝛ tuū o domina venerāda do
loꝛis gladio perfoꝛatum inconsolabi
le pꝛoꝛsus fuit. nullum omnino cōso/
latoꝛem admittens. Aue maria.
Domine exaudi. Et cla. ¶ Collecta
OJa mater amabilis virgo sāc
ta perpetue castitatis: tuos q̄ꝰ
so liberales oclos mihi digne
ris aperire misericoꝛdie ꝛ omnē vitā

meam clementi bonitate tueri. A cun
ctis hostibus sub sanctissima alaruz
tuarũ vmbra fideliter me defende. A/
mabilez vultum tuũ ad me semp̄ o vir
ginea genitrix amanter conuerte. Di
lecti filij tui mortue faciei amãtissima
deosclatio mihi sit (precor illi) amicis
sima reconciliatio. Dolorosa vulnera
que maternũ cortuũ penaliter secue/
rũnt: dolorẽ mihi pro peccatis meis ĩ
timũ mereãtur. Tuum mihi o domi/
na miserabile suspiriũ: tui dei filij sta
bile desideriũ. Fletus quoqꝫ vberri/
mus tue lugubris lamẽtatiõis: lachri
mas mihi impluat salubris cõtritio/
nis. Verba tua dolore plenissima: o/
ciosorum mihi sermonum amputent
vanitatem. Tuaqꝫ maneries luctuo/
sa indisciplinatoꝝ in me morum mor
tificent libertatem. Cor tuuz ꝑgo btã
cõsolationis impatiẽs/ ꝯtẽptuz mihi

ſecularis pſtet amoris ⁊ ſuauē mihi ī-
fluat guſtū dificē caritatꝭ. q̄ vtiqꝫ eſt ve
ſtis nuptial' q̄ eos indui optebit q̄ do
minū gl'ie fructū vteri tui bñdictū: te
qꝫ mrem virgineā in padiſo volupta
tis eterne: pleno deſiderāt gaudio cō
templari. Amen. Ar. xci.
15 O Candor luc' eterne ſole ſpecio
ſior fili dei quō nūc iaces ſub
cruce ī meſtiſſime mr̄iſ tue gre
mio mortu' ⁊ extinct'. Aue be. xcij.
O ſpecl'm ſine macl'a di maieſtatꝭ quō
ſic es mortꝭ nubilo eclipſatū. Aue be.
xciij. ¶ O imago pulcerrima bonita
tis prne quō ſic es mortꝭ vredie marce
facta. Aue be. xciiij ¶ O agn' mā
ſuetiſſime quō ſic viliter es tractat'.
Aue be xcv. ¶ O rex regū ⁊ dñs do
minātiū quō ſic fact' es opprobriū ho
minum ⁊ abiectō plebis. Aue. benig.
Domine exaudi ¶ Oratio.

Centum meditationes passionis xpi.

O Ignis rorās ⁊ ros ardēs pat
miaꝝ ⁊ de⁹ totius ꝯsolatōis: ȝ
formatā queso imaginē tuam
meā miserā aiam reformare digneris.
⁊ ita trahere post te tue dulcedīe ꝯsola
tionis occulte (tuis electꝭ dilectorib⁹
bn̄ note) q̄ mihi vilescāt ꝑt te oīa trās
itoria. Ois fiat extra te reqes tediosa
⁊ post te solū respiret anhelo ꝺsiderio
aīa mea. O cādor incōprehensibil' lucꝭ
eterne: meū p̄cor caligātē illumia itel
lectū: vt tuā bn̄placentē in oīb⁹ agno/
scat volūtatē. O celestꝭ mellifluerivule
padisi spūssancte: pris ⁊ filij spiracl'm
dulcedis ⁊ suaue vincl'm caritatis: tu
cor meū sctā amorꝭ vnctōe punge. In
diuio amore ꝑficere me fac et crescere.
In fraterna caritate cordis āplitudie
dilatari ꝯcede: ⁊ corde meo ꝟa pietate
in ꝓximoꝝ necessitatib⁹ mollescrō: de
mihi p̄ter necessarijs meeis tribuas li
beralit' subuēire. O agn⁹ dulcissime je

su xp̄e tue bn̄dicte hūanitatis vellere; pctōꝝ meoꝝ macl'as deleas: debitaqꝫ p̄soluas Nec siccis ocl'is de tua innocua morte pensare me sinas: sꝫ tibi cō patiꝛ oībus in necessitatibꝫ ꝯstitutꝫ pie ꝯdolere me doceas. O dus omps dis cerne depꝛecoꝛ causaꝫ meā ab hoībus mūdanis ꝛ vanis: terrena oblectamē/ ta q̄rentibus eternā pulcritudinē ma gnipendētibꝰ ꝛ secl'ares honoꝛes dili/ gentibꝫ. Huicqꝫ mihi misello vermicu lo ad eternū illū honoꝛē tribue pueni re: q̄ te cū electis tuis in celi regno lau dē ꝛ gl'ificem in eternū Amen. xcvi.

h Eu mater amabil' virgo bea ta. q̄ꝫ doloꝛosa sub cruce sedi/ sti iacente in gremio tuo virgi neo: dilecto filio tuo moꝛtuo ꝛ extincto. Aue maria. xcvij. ¶ Mēte ꝛ oꝛe ti bi o dn̄a mēoꝛ sum hodie illaꝝ tuaruꝫ lamētabiliū pꝛecū: q̄bus p̄cata es eos q̄ dulcis filij tui exanime coꝛpꝰ (sepeli

endi grã) a tuo pectore auellebant. Aue maria. xcviij. Recordor o mr̄ dulcissima tue tristissime a sepulcro di scessionis Aue ma xcix. Retracto virgo beatissima mẽori corð tui regressus pedagia miseranda. Aue ma. c. Reminiscor o celi regina ⁊ tue cõstantissime fidei quã sola filio tuo vnigenito in oĩbus necessitatibꝫ suis cõfirmasti. Aue ma. Dñe exau. Coll.

O Ia singlare deiformitatꝫ agalma ac clementie ĩperatrix ṽgo maria tuis mihi queso dignare beatis pcibus a dilecto filio tuo impetrare. vt in virtute sue bñdictissime passionis: tueqꝫ dolorosissime ꝯpassionis: oẽs meas tribulatiões: angustias ⁊ dolores valeã supare. Doce me oro dña oẽs tẽptatões refugio filialiuꝫ vulnerũ euadere: aduersus oĩes tpales sollicitudines in seplcri sui latibulo me recludere ⁊ in ipius amore stabi

liter ꝑmanere. Dignifica me o genitrix
gl'iosa vt filij tui deitatis faciē (lucem
in ꝯprehensibilē) facialiter merear cō
tēplari ⁊ pacē (que oēm sensuȝ exupat)
eternaliter degustare. Fac obsecro ge
nitrix gl'iosa ac dña bñdicta vt me eter
ne illiꝰ voluptat; vbertatē possidere cō
tingat: q̄ in diuina claritate valeā iocū
dari: ⁊ imēsa suauitate ꝑpetuo recre/
ari ⁊ in eternitate immutabiliter requie
scere. Presta o summū subselliū trini/
tatis intellectū meū oīs veritat; lumie
illustrari voluntatē meā celestis roris
dulcedine irrorari: memoriā torrente
deliciaruȝ inebriari: ⁊ illiꝰ btō pfluuio
inundari. Adiuua p̄cor o filial' dextri
sedis maiestatis: illuc me tuis gl'iosis
precibꝰ ꝑuenire: vbi incōprehēsibilis
illa lux orit' que nunq̄ occidit. Vbi i/
effabilis illa pax colit' quā turbatō nl'
la interimit. Vbi fontana illa oīs bo
ni abyssus scaturit: quā nemo exhau

rire sufficit. Ubi diuina maiestas eter-
na reg̃e om̄ia ꝯtinet. Ubi diuina veri-
tas perenniter lucet Ubi diuĩa caritas
eterne cõsolatiõis dulcedine sp̃ rorat.
Ubi btã trinitas viuit ⁊ regnat deus
omp̃s: in substãtia vn⁹: ⁊ in psonis tri-
nus pr̃ ⁊ fili⁹ ⁊ sp̃ũssanct⁹: p oĩa secula
seculorum Amen.

Seq̃tur orõ p meditãtib⁹ hãc cẽti-
pbariam memoriã dñice passionis.

Ut Deo crucifixa p nob̃ sapĩa ie-
su xp̃e clemẽtie largitatẽ suppli-
citer interpello: p oĩbus hoꝝ
centũ tue passionis articloꝝ medita-
toribꝫ: vt in meditatõe eoꝝ scĩẽ ꝺuotio-
nis ignis diuinitus exardescat: vt cor
eorum eructet verbum bonum: verbũ
illud amatorium et deuotum: fascicu-
lus mirrhe dilectus meus mihi: inter
vbera mea cõmorabitur. Fasciculus
inq̃ꝫ ex his cẽtenis mellifluis pariter et
thurifluis ramusculis recollectus: vt

sacrificiũ eoꝝ apud te refulgeat. tu eis
sol iusticie (passionis quodaꝫ nubilo
eclipsatus) tui amoris igne valido: ita
eoꝝ exestues holocausta: vt in singul'
his meditaciũculis dirigat' oro eoꝝ si
cut insensuꝫ in ꝯspectu tuo. ꝛ sic virgu
la fumi ex aromatibꝫ mirre ꝛ thuris.
eoꝝq; pie cõpassionis deuotionisq; re
dolentia ihũ piissime delecteris Amen

¶ Finiũt centũ meditatõnes domi
nice passionis christi.

¶ Prolog⁹ in seq̃ntes meditatões

Sequẽtes meditatões cũ qui/
busdã internis oratiũclis in
fine horarũ dicẽdas (summaꝫ
dñice passionis ꝛ q̃d circa q̃libet horã
dñs passus est saltẽ in genarali ꝯtinẽ
tes) cõposuit papa Bñdict⁹ duodecĩ⁹
(vt fertur ꝛ in quibusdã libris inueni
tur) ꝛ cõcessit oĩbus deuote dicẽtibus
duodecim milia dies indulgentiarũ.
ꝛ ꝑ has ablui pctã q̃ ꝑ ſboꝝ sincopaꝫ

¶Alie meditatōnes passionis xp̄i

in canone ꝛ in horis canonicis com
mittūt sacerdotes saltē ex leui ꝛ nō vo
lūtaria aut nimis negligēti distractio
ne. q̄ numerꝰ dierū facit trigintres an
